This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 3433 06824883 4

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OFFICIUM HEBDOMADÆ SANCTÆ

JUXTA RITUM
SAC. ORD. PRÆDICATORUM
SUB REVERENDISSIMO PATRE
FR. BALTHASSARE
DE QUIÑONES
EJUSDEM ORDINIS
MAGISTRO GENERALI.



ROMÆ MDCCXCVII.

EX TYPOGRAPHIA JOACHIMI PUCCINELLI
A SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
346556
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Digitized by Google

DOMINICA IN RAMIS PALMARUM.

Finita Tertia, Prior cum Cappa serica albi coloris, & Diaconus cum Missali, & Subdiaconus cum Libro Evangeliorum, Dalmaticis ejusdem coloris induti, præcedentibus Acolythis in albis sinè Cereis, ad Altare veniant, & facta aspersione Aquæ benedictæ more solito, Prior stans ante gradus Presbyterii, verso vultu ad Altare, Diacono ante ipsum tenente Missale, Ramos arborum super gradus Presbyterii à Sacrista collocatos (ita quòd sint ad dexteram Prioris) benedicat eo modo, quo dicuntur Orationes ad Horas.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum.

Oremus.

Omnipotens, sempiterne Redemptor, qui de cælis ad ter-

96

Digitized by Google

ram descendere, & ad Passionem voluntatis tuæ venire dignatus es, ut humanum genus tuo pretioso sanguine liberares: adesto piis Ecclesiæ tuæ votis, & supplicationibus nostris. Tu enim, Domine, mansuetus, mansueti animalis aselli tergo insidens, ad Passionem redemptionis nostræ spontaneus advenisti: cùm tibi, ramis arboreis occurrentibus discipulorum turbis, certatim sterneretur via, & triumphatricibus palmis cum voce laudis occurrerent plurimæ populorum catervæ exultantes pariter, & dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: Tibi in monte Oliveti, olivarum ramis via constrata est. Tu quondam Noë in arca super undas diluvii gubernasti, & columbæ ministerio per olivæ ramum, pacem terris redditam annunciari voluisti. Sed & Jacob Patriarcha in mysterium gloriæ tuæ erigens lapidem, ex hujus arboris ramis, oleum benedictionis in cacumine tituli infudit: unde unxisti

Digitized by Google

Reges, & Prophetas tuos. Tu enim es Christus Dei; tibi competit fructus unctionis, & pacis: in cujus ineffabilem laudem Psalmista cecinit, dicens: Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, & exultationis præ participibus tuis. Quapropter te, Domine, supplices deprecamur: ut bene ✠ dicas hos arborum ramos, quos tui famuli, suis suscipientes manibus in occursum tui properare, teque benedicere, & glorificare desiderant. Ecce Jerusalem, sedens super asinum Rex mansuetus advenisti. Adveni ergo, rogamus, & nobis, & in medium nostri consiste, ut te advenire in nostris cordibus sentiamus: & qui nos tunc reparasti per Crucem, iterum lapsos repara per eamdem beatissimam Passionem. Oris nostri confessionem, ac jejunii humiliationem libens suscipe, & fructum nos viriditatis habere concede: quatenus tuis imbribus irrigati, mereamur tibi suavium fructuum ubertate placere. Et sicut illi processerunt obviam tibi, cum arboreis frondibus

Digitized by Google

egreſsi, ita nos, te redeunte in ſecundo adventu, cum palmis victoriæ læti mereamur occurrere, Salvator mundi. Qui cum Patre, in unitate Spiritus ſancti, vivis, & regnas Deus &c.
℟. Amen.

Finita benedictione, Prior aſpergat ramos Aqua benedicta, ſeniore Acolythorum aſperſorium tribuente: Deinde Cantor ramum Priori offerens, incipiat Ant. Pueri Hebræorum, Dum autem rami diſtribuuntur, cantentur ſequentes Antiph. videlicet: Antiph. Pueri Hebræorum tollentes ramos olivarum, obviaverunt Domino clamantes, & dicentes: Hoſanna in excelſis.

Antiph. Pueri Hebræorum veſtimenta proſternebant in via, & clamabant dicentes: Hoſanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Quod ſi rami diſtributi non fuerint, dum cantantur iſtæ duæ Antiphonæ, repetantur quoties neceſſe fuerit: interim cùm cantantur, Sacriſta ramos arborum diſtribuat, primò Miniſtris: dein-

Digitized by Google

deinde Fratribus, incipiens à dextero Choro à superioribus: & alter Frater, cui ipse innuerit, in sinistro, postremò Fratribus Conversis. Cùm verò rami distribuuntur, Acolythi ad Sacristiam euntes Cereos afferant, & ad Evangelium accedant; similiter ille, qui scriptus est ad Crucem, induat se Alba; & ille, qui Aquam benedictam deferre in Processione debuerit (si Clericus fuerit) superpelliceum induat.

Distributis verò ramis, Diaconus, benendictione accepta à Priore, cantet Evangel. Cùm appropinquasset, in loco, ubi Profestis diebus cantari consuevit, Acolythis, & Subdiacono more solito ordinatis: illo, qui delaturus est Aquam benedictam, thuribulum tenente, vel ipso Subdiacono, si Conversus aquam deferre debuerit. Dum autem cantatur Evangelium, Prior stet prope Altare in cornu Epistolæ verso vultu ad Evangelium.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Digitized by Google

Sequentia sancti Evangelii secundùm Matthæum. Cap. 21.

IN illo tempore: Cùm appropinquasset Jesus Jerosolymis, & venisset Bethphage ad Montem Oliveti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in Castellum, quod contra vos est: & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Jesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem,

quæ

Digitized by Google

quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Cantato Evangelio, Subdiaconus deferat librum osculandum Sacerdoti, & Acolythi versùs Sacristiam accedant, & tum Frater Alba indutus, Crucem à Sacrista præparatam accipiat, & alius Aquam benedictam, & Cantoribus incipientibus Ant. Cùm appropinquaret, fiat Processio hoc ordine: Primò præcedat Frater aliquis Clericus in superpelliceo (vel Conversus, si pauci sunt Fratres) cum Aqua benedicta, qua procedendo aspergat terram; post eum Ceroferarii; deinde Cruciferarius cum Cruce denudata; postea reliqui Fratres ordine suo, junioribus præcedentibus; ultimò Prior cum Diacono à dextris aliquas Reliquias deferente, & Subdiacono à sinistris, portante libellum Processionalem.

Dum autem Antiph. cantatur, fiat prima statio in prima parte Claustri.

Digitized by Google

In unaquaque autem statione Cruciferarius, & Ceroferarii vultus suos, & imaginem Crucifixi, versos habeant ad Conventum: nisi fortè fieret statio ante exteriorem introitum Ecclesiæ, vel Chori; tunc enim prædicti ministri vertere debent vultus ad Altare, imagine tamen Crucifixi versa ad Conventum: Prior autem stans ultimò cum Diacono, & Subdiacono (ùt dictum est) vultus suos habeant versos ad Crucem, & cæteri Fratres stent semper versis vultibus ad se invicem. Deferens verò Aquam benedictam, deposita Aqua ante Crucem, collocet se ultimò in Choro suo, si est Clericus; vel stet aliquantulùm retro Crucem, si est Conversus.

Antiph. Cùm appropinquaret Dominus Jerosolymam, misit duos ex discipulis suis dicens: Ite in Castellum, quod contra vos est: & invenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit; solvite, & adducite mihi: si quis vos interrogaverit, dicite: Opus Domino est.

Digitized by Google

est. Solventes adduxerunt ad Jesum: & imposuerunt ei vestimenta, & sedit super eum. Alii expandebant vestimenta sua in via; alii ramos de arboribus sternebant: & qui sequebantur, clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini; benedictum regnum patris nostri David: Hosanna in excelsis, miserere nobis, Fili David.

Finita præcedenti Antiph. Cantoribus inchoantibus Ant. Collegerunt, procedatur ad secundam stationem faciendam in tertia parte Claustri. Antiph. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & fortè venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

Finita prædicta Antiph. dum fit secunda statio, duo Fratres in medio Processionis stantes ante Crucem cantent ℣. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cùm esset Pontifex an-

ni illius, prophetavit, dicens : Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat : ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes : Quid facimus :

Cùm autem inchoatur à Conventu post ℣. resumptio : Quid facimus, procedatur ad tertiam stationem, quæ fiat ante introitum Ecclesiæ exteriorem, vel in Ecclesia ante introitum Chori.

Finita autem resumptione prædicta, Cantores genua flectendo incipiant Antiph. Ave Rex noster. In cujus inceptione Fratres omnes (præter Priorem cum Ministris, & Cruciferarium, & Ceroferarios) versis vultibus ad Crucem genua flectentes, Ant. prosequantur : Fili David, Redemptor Mundi : cùm verò dixerint : Redemptor Mundi, omnes se erigant, stantes versi ad Crucem usque ad finem Antiph. Quem Prophetæ prædixerunt, Salvatorem domui Israel esse venturum ; Te enim ad salutarem victimam Pater misit in mundum : quem

expe-

Digitized by Google

expectabant omnes Sancti ab origine mundi: Et nunc Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis.

Dum autem prædicta Antiph. cantatur, duo Fratres, quibus Cantor injunxerit, intrent Ecclesiam, vel Chorum, & clauso ostio stantes versis vultibus ad Conventum, finita Ant. prædicta, cantent totos sequentes ℣℣. Et dum hi versus cantantur ab ipsis duobus Fratribus, Chorus vertat se ad Crucem.

℣. Gloria, laus, & honor tibi sit, Rex Christe redemptor; Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

Finito hoc versu, Chorus eumdem ℣. Gloria &c. totum repetat.

Deinde prædicti duo Fratres cantent:

℣. Israel es tu Rex, Davidis & inclyta proles: Nomine qui in Domini, Rex benedicte, venis. Chorus ℟. Gloria &c. Duo prædicti Fratres cantent. ℣. Coetus in excelsis te laudat cælicus omnis: Et mortalis homo, & cuncta creata simul.

Cho-

Digitized by Google

Chorus ℟. Gloria &c.

Duo prædicti Fratres cantent:

℣. **Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit: Cum prece, voto, hymnis adsumus ecce tibi.**

Chorus ℣. Gloria &c.

Cantato ultimo versu, prædicti duo Fratres ostium aperiant, & ad Processionem in suis locis revertantur. Repetito à Choro Gloria &c., post ultimum versum, ad introitum Ecclesiæ, vel Chori, inchoetur à Priore, Cantore ei deferente, ℟. Ingrediente. Et Conventu ipsum prosequente, Processio Chorum ingrediatur. Cùm conventus Chorum intrat, singuli vadant ad sedes suas, & qui Aquam benedictam detulit, in Sacristiam revertatur: Prior verò, & ministri ordinent se, sicut ad aspersionem Aquæ benedictæ consueverunt, Cruciferario tenente Crucem ante gradus Presbyterii.

℟. **Ingrediente Domino in sanctam civitatem, Hebræorum pueri resurrectionem vitæ pronunciantes, Cum ramis palmarum, Hosanna clamabant, in excelsis.** Fi-

Digitized by Google

Finito ℟. duo Fratres cantent:

℣. **Cùmque audissent, quia venit Jesus Jerosolymam, exierunt obviam ei.** Et Chorus resumat: **Cum ramis &c.**

Qua finita resumptione post ℣. Ceroferarii, Cantore eis deferente, dicant:

℣. **De ore leonis, libera me Domine.**
℟. **Et à cornibus unicornium humilitatem meam.**

Deinde Prior, absque **Dominus vobiscum**, præmisso **Oremus**: dicat Orationem eo modo, quo dicitur ad Horas. Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, & Crucem subire fecisti: concede propitius; ut & patientiæ ipsius habere documenta, & Resurrectionis consortia mereamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum autem Oratio dicitur, Cruciferarius Crucem deponat in aliquo loco honesto ad cornu Evangelii, quæ di-

Digitized by Google

discooperta usque post Completor. remaneat. Oratione finita, Prior, & Ministri, facta inclinatione mediocri versùs Altare, ad Sacristiam redeant: Ubi depositis vestibus sericis albi coloris, induant alias coloris violacei: & Missa à Conventu inchoata, procedant modo solito ad Altare.

AD MISSAM

Officium.

Domine, nè longe facias auxilium tuum à me, ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.

℣. Deus, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum. Domine &c. Kyrie &c. Oratio.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, &

Crucem ſubire feciſti: concede propitius; ut & patientiæ ipſius habere documenta, & Reſurrectionis conſortia mereamur. Per eumdem Dominum noſtrum &c.

Hæc ſola Oratio dicatur, niſi Memoria occurrerit dicenda.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes. Cap. 2.

FRatres: Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens: in ſimilitudinem hominum factus, &. habitu inventus ùt homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem: mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum; & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine JESU (hic genuflectitur) omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur: quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. ℟. Te-

Digitized by Google

℞. Tenuisti manum dexteram meam : & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me.

℣. Quàm bonus Israël Deus rectis corde ! Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei : quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.

Tractus. Deus, Deus meus respice in me : quare me dereliquisti ?

℣. Longè à salute mea verba delictorum meorum.

℣. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies : in nocte, & non ad insipientiam mihi.

℣. Tu autem in sancto habitas : Laus Israël.

℣. In te speraverunt patres nostri : speraverunt, & liberasti eos.

℣. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt : in te speraverunt, & non sunt confusi.

℣. Ego autem sum vermis, & non homo : opprobrium hominum, & abjectio plebis.

℣. Omnes qui videbant me, asperna-

Digitized by Google

nabantur me: locuti sunt labiis, & moverunt caput.

℣. Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.

℣. Ipsi verò consideraverunt, & conspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

℣. Libera me de ore leonis: & à cornibus unicornium humilitatem meam.

℣. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob magnificate eum.

℣. Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cæli justitiam ejus.

℣. Populo, qui nascetur: quem fecit Dominus.

Ad Passionem non petatur Benedictio, nec deferantur luminaria, nec incensum: nec dicatur, Dominus vobiscum: & Diaconus, seu celebrans dum pronunciat: Passio Domini nostri, non signet librum, neque seipsum,

Digitized by Google

sum, nec signent se. Fratres, neque respondeant Gloria tibi &c., sed inchoëtur absolutè: quod & in aliis diebus observetur, dum cantatur Passio, præterquam Feria vi. Parasceve, in qua dicitur sinè ullo prorsùs titulo.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundùm Matthæum. Cap. 26.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: ✠ Scitis quia post biduum Pascha fiet: & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur. C Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die festo: nè fortè tumultus fieret in populo. C Cum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi: & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: S Ut quid perditio hæc? Potuit

enim

Digitized by Google

enim istud venundari multò : & dari pauperibus . C Sciens autem Jesus, ait illis : ✠ Quid molesti estis huic mulieri ? Opus enim bonum operata est in me . Nam semper pauperes habetis vobiscum : me autem non semper habetis . Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum : ad sepeliendum me, fecit . Amen dico vobis : Ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur, & quòd hæc fecit in memoriam ejus . C Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad Principes sacerdotum, & ait illis : S Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam ? C At illi constituerunt ei triginta argenteos . Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet . Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : S Ubi vis paremus tibi comedere Pascha ? C At Jesus dixit : ✠ Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei : Magister dicit : Tempus meum prope est : apud te facio

Pa-

Digitized by Google

Paſcha cum diſcipulis meis. C Et fecerunt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Jeſus: & paraverunt Paſcha. Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis; & edentibus illis, dixit: ✠ Amen dico vobis: quia unus veſtrum me traditurus eſt. C Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: S Nunquid ego ſum, Domine? C At ipſe reſpondens ait: ✠ Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C Reſpondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: S Numquid ego ſum Rabbi? C Ait illi: ✠ Tu dixiſti. C Cœnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: ✠ Accipite, & comedite: Hoc eſt corpus meum. C Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: ✠ Bibite ex hoc omnes; Hic

eſt

Digitized by Google

est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. C Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. Tunc dicit illis Jesus: ✠ Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. C Respondens autem Petrus, ait illi: S Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. C Ait illi Jesus: ✠ Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. C Ait illi Petrus: S Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. C Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: ✠ Sedete hìc, donec vadam illuc, &

orem:

Digitized by Google

orem: C Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: ✠ Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hìc, & vigilate mecum. C Et progressus pusillùm, procidit in faciem suam orans, & dicens: ✠ Pater mi, si possibile est, transeat á me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes: Et dicit Petro: ✠ Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C Iterum secundò abiit, & oravit dicens: ✠ Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. C Et venit iterum, & invenit eos dormientes; erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eumdem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: ✠ Dormite jam, & requiescite, ecce ap-

appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquavit, qui me tradet. C Adhuc eo loquente, ecce Judas, unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: S Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. C Et confestim accedens ad Jesum, dixit: S Ave Rabbi. C Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: ✠ Amice, ad quid venisti? C Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum: & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendes manum, exemit gladium suum: & percutiens servum Principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: ✠ Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum;

 & ex-

Digitized by Google

& exhibebit mihi modò plusquam duodecim Legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? C In illa hora dixit Jesus turbis: ✠ Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in Templo: & non me tenuistis. C Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ, & Seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium Principis Sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent: & non invenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Novissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: S Hic dixit: Possum de-

strue-

Digitized by Google

ſtruere Templum Dei, & poſt triduum reædificare illud. C Et ſurgens Princeps Sacerdotum, ait illi: S Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adverſùm te teſtificantur? C Jeſus autem tacebat. Et Princeps Sacerdotum ait illi: S Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus Filius Dei. C Dicit illi Jeſus: ✠ Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. C Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: S Blaſphemavit: quid adhuc egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur? C At illi reſpondentes, dixerunt: S Reus eſt mortis. C Tunc exſpuerunt in faciem ejus: & colaphis eum cæciderunt. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt, dicentes: S Prophetiza nobis, Chriſte; quis eſt, qui te percuſſit? C Petrus verò ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum una ancilla, dicens: S Et tu cum Jeſu Galilæo eras.

Digitized by Google

C At ille negavit coram omnibus, dicens: S Nescio, quid dicis. C Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla; & ait his, qui erant ibi: S Et hic erat cum Jesu Nazareno. C Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt, qui stabant; & dixerunt Petro: S Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. C Tunc cœpit detestari, & jurare, quia non novisset hominem. Et continuò gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amarè. Manè autem facto, concilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & Seniores populi adversùs Jesum, et eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum, & Senioribus, dicens:

S Pec-

Digitized by Google

S Peccavi, tradens sanguinem justum. C At illi dixerunt. S Quid ad nos? tu videris. C Et projectis argenteis in Templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: S Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. C Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama; hoc est: ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel: & dederunt eos in agrum figuli; sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante Præsidem: & interrogavit eum Præses, dicens: S Tu es Rex Judæorum? C Dicit ei Jesus: ✠ Tu dicis. C Et cùm accusaretur à Principibus sacerdotum, & Senioribus nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: S Non audis,

Digitized by Google

quanta adversùm te dicunt testimonia? C Et non respondit ei ad ullum verbum: ita ut miraretur Præses vehementer. Per diem autem solemnem consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: S Quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? C Sciebat enim, quòd per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens. S Nihil tibi, & justo illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. C Principes autem sacerdotum, & Seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabbam; Jesum verò perderent. Respondens autem Præses, ait illis: S Quem vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt: S Barabbam. C Dicit illis Pilatus: S Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? C Dicunt omnes: S Crucifi-

Digitized by Google

cifigatur . C Ait illis Præses : S Quid enim mali fecit ? C At illi magis clamabant, dicentes : S Crucifigatur . C Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret ; accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : S Innocens ego sum à sanguine justi hujus : vos videritis . C Et respondens universus populus, dixit : S Sanguinis ejus super nos, & super filios nostros . C Tunc dimisit illis Barabbam : Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur . Tunc milites Præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem . Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei . Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus . Et genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes : S Ave Rex Judæorum . C Et exspuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus . Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamy-

Digitized by Google

de, & induerunt eum vestimentis ejus: & duxerunt eum, ut crucifigerent. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret Crucem ejus. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cùm gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes: ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes servabant eum. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus, Rex Judæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus à dextris, & unus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: S Vah, qui destruis Templum Dei, & in triduo illud reædificas; salva temetipsum: si Filius

Dei

Digitized by Google

Dei es, descende de Cruce. C Similiter & Principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant: S Alios salvos fecit; seipsum non potest salvum facere: si Rex Israël est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet nunc, si vult, eum: dixit enim: Quia Filius Dei sum. C Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circà horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: ✠ Eli, Eli lammasabacthani? C Hoc est: ✠ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? C Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: S Eliam vocat iste. C Et continuò currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant; S Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. C Jesus autem iterum clamans

Digitized by Google

voce magna, emisit spiritum. Hìc pausatur aliquantulum, & genuflectitur. Et ecce velum Templi scissum est in duas partes à summo usque deorsum: & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam Civitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræmotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: S Verè filius Dei erat iste. C Erant autem ibi mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Jesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & Mater filiorum Zebedæi. Cùm autem serò factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. Et

ac-

Digitized by Google

accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda: & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum.

Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt Principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium: nè fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis; & erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus. Hic Sacerdos non signet seipsum, nec librum, neque eum osculetur: quod & in aliis Passionibus observetur. Credo.

Digitized by Google

Offertorium. Improperium exspectavit cor meum, & miseriam; & sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit; consolantem me quæsivi, & non inveni: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.

Secreta.

Concede, quæsumus, Domine, ut oculis tuæ majestatis munus oblatum, & gratiam nobis devotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

Præfatio. Qui salutem &c.

Communio. Pater si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

Postcommunio.

Per hujus, Domine, operationem mysterii, & vitia nostra purgentur, & justa desideria compleantur. Per Dominum.

FE-

FERIA II.

Officium.

JUdica, Domine, nocentes me; expugna impugnantes me: apprehende arma, & scutum, & exurge in adjutorium meum, Domine virtus salutis meæ.

℣. Effunde frameam, & conclude adversùs eos, qui persequuntur me. Judica. Kyrie. Dominus vobiscum. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus; intercedente unigeniti Filii tui Passione, respiremus. Qui tecum.

Lectio Isaiæ Prophetæ. Cap. 50.

IN diebus illis: Dixit Isaias: Dominus Deus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellen-

ti-

Digitized by Google

tibus : faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me.. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ùt petram durissimam: & scio, quoniam non confundar: juxta est, qui justificat me; quis contradicet mihi? Stemus simul; quis est adversarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator meus; quis est, qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? Qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Dominum Deum suum.

℟. Exurge, Domine, & intende judicio meo, Deus meus, & Dominus meus in causam meam.

℣. Effunde frameam, & conclude adversùs eos, qui me persequuntur.

Tractus. Domine, non secundùm peccata mostra facias nobis: neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Do-

Digitized by Google

℣. Domine, nè memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Genuflectitur. ℣. Adjuva nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Sequentia sancti Evangelii secundùm Joannem. c. 12.

ANte sex dies Paschæ, venit Jesus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi; & Martha ministrabat: Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia

de

Digitized by Google

de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo Jesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Cognovit ergo turba multa ex Judæis, quia illic est: & venerunt non propter Jesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis.

Offertorium. Eripe me de inimicis meis, Domine; ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Secreta.

HÆc sacrificià nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos, ad suum faciant puriores venire principium. Per Dominum.

Præfatio. Qui salutem.

Communio. Erubescant, & revereantur simul, qui gratulantur malis meis: induantur pudore, & reverentia, qui maligna loquuntur adversùm me.

Post-

Digitized by Google

Postcommunio.

PRæbeant nobis, Domine, divinum tua sancta fervorem: quo eorum pariter & actu delectemur, & fructu. Per Dominum.

Oremus. Humiliate capita vestra Deo. Oratio.

ADjuva nos, Deus salutaris noster, & ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per.

FERIA III.

Officium.

NOs autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi; in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem salvati, & liberati sumus. ℣. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos. Kyrie. Dominus vobiscum.

Ore-

Digitized by Google

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, da nobis ita Dominicæ Passionis sacramenta peragere: ut indulgentiam percipere mereamur. Per.

Lectio Jeremiæ Prophetæ. Cap. 11.

IN diebus illis: Dixit Jeremias: Domine, demonstrasti mihi, & cognovi: tunc ostendisti mihi studia eorum. Et ego, quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam; & non cognovi, quia cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium: & nomen ejus non memoretur ampliùs. Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas justè, & probas renes, & corda, videam ultionem tuam ex eis; tibi enim revelavi causam meam, Domine, Deus meus.

℟. Ego autem, dum mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur. ℣. Ju-

Digitized by Google

℣. Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me: apprehende arma, & ſcutum; & exurge in adjutorium mihi.

Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm Marcum. Cap. 14.

IN *illo* tempore: Erat Paſcha, & Azyma poſt biduum: & quærebant ſummi Sacerdotes, & Scribæ, quomodo Jeſum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: S Non in die feſto: nè fortè tumultus fieret in populo. C Et cùm eſſet Jeſus Bethaniæ in domo Simonis leproſi, & recumberet; venit mulier habens alabaſtrum unguenti nardi ſpicati pretioſi: & fracto alabaſtro, effudit ſuper caput ejus. Erant autem quidam indignè ferentes intrà ſemetipſos, & dicentes: S Ut quid perditio iſta unguenti facta eſt? Poterat enim unguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis: & dari pauperibus. C Et fremebant in eam. Jeſus autem dixit: ✠ Sinite eam: quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata

eſt

est in me: semper enim pauperes habetis vobiscum; & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Quod habuit hæc, fecit: prævenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo: & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus. C Et Judas Iscariotes unus de duodecim abiit ad summos Sacerdotes, ut proderet eum illis. Qui audientes, gavisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat, quomodo illum opportunè traderet. Et primo die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: S Quò vis, eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha? C Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis. ✠ Ite in Civitatem; & occurret vobis homo, lagenam aquæ bajulans, sequimini eum: & quocumque introierit, dicite Domino domus, quia Magister dicit: Ubi est refectio mea, ubi Pascha cum di-

Digitized by Google

discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cænaculum grande stratum: & illic parate nobis. C Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in Civitatem; & invenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Jesus: ✠ Amen dico vobis: Quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. C At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: S Numquid ego? C Qui ait illis: ✠ Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo; væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si non esset natus homo ille. C Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: ✠ Sumite: Hoc est corpus meum. C Et accepto calice gratias agens, dedit eis: & biberunt ex illo omnes. Et ait illis: ✠ Hic est sanguis meus novi

Te-

Digitized by Google

Testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quia jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cùm illud bibam novum in regno Dei. C Et hymno dicto, exierunt in montem Olivarum. Et ait eis Jesus: ✠ Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est: percutiam pastorem, & dispergentur oves. Sed postquam resurrexero: præcedam vos in Galilæam. C Petrus autem ait illi: S Etsi omnes scandalizati fuerint in te: sed non ego. C Et ait illi Jesus: ✠ Amen dico tibi: Quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit; ter me es negaturus. C At ille ampliùs loquebatur: S Etsi oportuerit, me simul commori tibi: non te negabo. C Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis: ✠ Sedete hìc, donec orem. C Et assumit Petrum, & Jacobum, & Joannem secum: & cœpit pavere, & tædere. Et ait illis: ✠ Tri-

Digitized by Google

✻ Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hìc, & vigilate. C Et cùm processisset paululùm, procidit super terram, & orabat: ut, si fieri posset, transiret ab eo hora; & dixit: ✻ Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt; transfer calicem hunc à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. C Et venit, & invenit eos dormientes. Et ait Petro: ✻ Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est; caro verò infirma. C Et iterum abiens oravit, eumdem sermonem dicens. Et reversus denuò invenit eos dormientes: (erant enim oculi eorum gravati) & ignorabant, quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis: ✻ Dormite jam, & requiescite: Sufficit. Venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, propè est. C Et adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes, unus de duodecim:

& cum

& cum eo turba multa cum gladiis, & lignis, missi à summis Sacerdotibus, & Scribis, & Senioribus. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: S Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. C Et cùm venisset, statim accedens ad eum, ait: S Ave Rabbi. C Et osculatus est eum. At illi manus injecerunt in eum: & tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus, educens gladium, percussit servum summi Sacerdotis: & amputavit illi auriculam. Et respondens Jesus, ait illis: ✠ Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis: Sed ut impleantur Scripturæ. C Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille, rejecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jesum ad summum

Digitized by Google

mum Sacerdotem. Et convenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores. Petrus autem à lòngè secutus est eum usque intrò in atrium Summi Sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi verò Sacerdotes, & omne Concilium quærebant adversùs Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant. Multi enim testimonium falsum dicebant adversùs eum: & convenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversùs eum, dicentes: S Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam Templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo. C Et non erat conveniens testimonium illorum. Et exsurgens Summus Sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: S Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi objiciuntur ab his? C Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum Summus Sacerdos interro-

Digitized by Google

gabat eum, & dixit ei: S Tu es Christus, Filius Dei benedicti? C Jesus autem dixit illi: ✠ Ego sum. Et videbitis Filium hominis sedentem à dexteris virtutis Dei: & venientem cum nubibus cæli. C Summus autem Sacerdos scindens vestimenta sua, ait: S Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei: S Prophetiza. C Et ministri alapis eum cædebant. Et cùm esset Petrus in atrio deorsùm, venit una ex ancillis Summi Sacerdotis: & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: S Et tu cum Jesu Nazareno eras. C At ille negavit dicens: S Neque scio, neque novi, quid dicas. C Et exiit foras ante atrium, & gallus cantavit. Rursus autem, cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negavit.

Digitized by Google

gavit. Et post pusillum, rursus qui astabant, dicebant Petro: S Verè ex illis es: nam & Galilæus es. C Ille autem cœpit anathematizare, & jurare: quia nescio hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus iterum cantavit. Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Jesus: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. Et confestim mane consilium facientes Summi Sacerdotes cum Senioribus, & Scribis, & universo Concilio, vincientes Jesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et interrogavit eum Pilatus: S Tu es Rex Judæorum? C At ille respondens, ait illi: ✠ Tu dicis. C Et accusabant eum Summi Sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogavit eum, dicens: S Non respondes quidquam? Vide, in quantis te accusant. C Jesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis unum ex vinctis, quemcumque petiissent. Erat autem, qui diceba-

Digitized by Google

tur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus: qui in seditione fecerat homicidium. Et cùm ascendisset turba; cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: S Vultis dimittam vobis Regem Judæorum? C Sciebat enim, quòd per invidiam tradidissent eum Summi Sacerdotes. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magìs Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: S Quid ergo vultis faciam Regi Judæorum? C At illi iterum clamaverunt: S Crucifige eum. C Pilatus verò dicebat illis: S Quid enim mali fecit? C At illi magìs clamabant: S Crucifige eum. C Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorii: & convocant totam Cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cœperunt salutare eum: S Ave Rex Judæorum.

Digitized by Google

rum: C Et percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum: & ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariaverunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, ut tolleret crucem ejus. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Calvariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat eutem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ ejus inscriptus: Rex Judæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dexteris, & alium à sinistris ejus. Et impleta est Scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: S Vah,

qui destruis Templum Dei, & in tribus diebus reædificas: salvum fac temetipsum descendens de cruce. C Similiter & Summi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: S Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Christus Rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. C Et qui cum eo crucifixi erant, conviciabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona exclamavit Jesus voce magna, dicens: ✱ Eloi, Eloi, Lammasabacthani? C Quod est interpretatum: ✱ Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? C Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: S Ecce Eliam vocat. C Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: S Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum. C Jesus autem, emissa voce magna, exspiravit. Hic pausatur aliquantulum, & genu-

fle-

Digitized by Google

flectitur. Et velum Templi sciſſum eſt in duo, à summo uſque deorſum. Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans exſpiraſſet, ait: S Verè hic homo, Filius Dei erat. C Erant autem & mulieres de longè aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Joſeph Mater, & Salome: & cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabant ei: & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Jeroſolymam.

ET cùm jam ſerò eſſet factum, (quia erat Paraſceve, quod eſt ante Sabbatum) venit Joſeph ab Arimathæa, nobilis Decurio, qui & ipſe erat exſpectans Regnum Dei: & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu. Pilatus autem mirabatur, ſi jam obiiſſet. Et accerſito Centurione, interrogavit eum, ſi jam mortuus eſſet. Et cùm cognoviſſet à Centurione, donavit corpus Joſeph. Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum, involvit ſindone, &

poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra; & advolvit lapidem ad oſtium monumenti.

Offertorium. Cuſtodi me, Domine, de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Secreta.

SAcrificia nos, quæſumus Domine, propenſiùs iſta reſtaurent; quæ medicinalibus ſunt inſtituta jejuniis. Per Dominum.

Præfatio. Qui ſalutem.

Communio. Adverſùm me exercebantur, qui ſedebant in porta; & in me pſallebant, qui bibebant vinum: ego verò orationem meam ad te, Domine: tempus beneplaciti, Deus, in multitudine miſericordiæ tuæ.

Poſtcommunio.

SAnctificationibus tuis, omnipotens Deus, & vitia noſtra curentur, & remedia nobis ſempiterna proveniant. Per Dominum.

Oremus. Humiliate capita veſtra Deo.

Oratio. Super Populum.

TUa nos miſericordia, Deus, & ab omni ſubreptione vetuſtatis

ex-

Digitized by Google

expurget: & capaces ſanctæ novitatis efficiat. Per Dominum.

FERIA IV.

Officium.

IN nomine Jeſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: quia Dominus factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis: ideò Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. ℣. Domine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. In nomine &c. Kyrie &c.

Poſt non dicatur: Dominus vobiſcum, ſed Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

PRæſta, queſumus, omnipotens Deus: ut, qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur; per Unigeniti Filii tui Paſſionem liberemur. Qui tecum vivit &c.

Lectio Isaiæ Prophetæ. Cap. 62. 63.

HÆc dicit Dominus Deus: Dicite filiæ Sion; ecce Salvator tuus venit: ecce merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus: & de Gentibus non est vir mecum. Calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionum in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsivi, & non fuit, qui adjuvaret. Et salvavit mihi brachium meum: & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcavi populos in furore meo, & inebriavi eos in indignatione mea: & detraxi

in

Digitized by Google

in terram virtutem eorum. Miſerationum Domini recordabor; laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus Deus noſter.

℞. Nè avertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor: velociter exaudi me.

℣. Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam: infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.

℣. Dominus vobiſcum.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

DEus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per eumdem.

Lectio Iſaiæ Prophetæ. Cap. 53.

IN diebus illis; Dixit Iſaias: Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo: & ſicut radix de terra ſi-

tienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus; & desideravimus eum: despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Et nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum: & livore ejus sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit: & non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de ter-

Digitized by Google

terra viventium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo, quòd laboravit anima ejus, videbit, & saturabitur; in scientia sua justificabit ipse Justus servus meus multos: & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

Tractus. Domine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

℣. Nè avertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

℣. In quacumque die invocavero te: velociter exaudi me. ℣. Quia

Digitized by Google

℣. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.

℣. Percussùs sum sicut foenum, & aruit cor meum: quia oblitus sum manducare panem meum.

℣. Tu exsurgens, Domine, misereberis Sion: quia venit tempus miserendi ejus.

Passio Domini nostri Jesu Christi secundùm Lucam. c. 22.

IN illo tempore: Appropinquabat dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: & quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Jèsum interficerent. Timebant verò plebem. Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim. Et abiit, & locutus èst cum Principibus Sacerdotum, & Magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gavisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare: & spopondit. Et quærebat opportunitatem, ut traderet illum sinè turbis. Venit autem dies Azymorum,

in

Digitized by Google

in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum, & Joannem, dicens: ✠ Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. C At illi dixerunt: S Ubi vis paremus? C Et dixit ad eos: ✠ Ecce, introeuntibus vobis in Civitatem, occurret vobis homo quidam, amphoram aquæ portans. Sequimini eum in domum, in quam intrat; & dicetis Patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum; & ibi parate. C Euntes autem invenerunt sicut dixit illis: & paraverunt Pascha. Et cùm facta esset hora, discubuit: & duodecim Apostoli cum eo, & ait illis: ✠ Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. C Et accepto calice, gratias egit, & dixit: ✠ Accipite, & dividite inter vos. Dico enim vobis: quod non bibam de generatione

vi-

Digitized by Google

vitis, donec Regnum Dei veniat. C Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens ✠ Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: Hoc facite in meam commemorationem. C Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: ✠ Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem Filius hominis, secundum quod definitum est, vadit: veruntamen væ homini illi, per quem tradetur. C Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. Dixit autem eis: ✠ Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic; sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio

Digitized by Google

dio vestrum sum, sicut qui ministrat: vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum; ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo; & sedeatis super trhonos, judicantes duodecim Tribus Israël. C Ait autem Dominus: ✠ Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. C Qui dixit ei: S Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. C At ille dixit: ✠ Dico tibi Petre: Non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. C Et dixit eis: ✠ Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? C At illi dixerunt: S Nihil. C Dixit ergo eis: ✠ Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico

enim

Digitized by Google

enim vobis: quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. C At illi dixerunt: S Domine, ecce duo gladii hìc. C At ille dixit eis ✠ Satìs est. C Et egressus ibat secundum consuetudinem in Montem Olivarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cùm pervenisset ad locum, dixit illis: ✠ Orate, nè intretis in tentationem. C Et ipse avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis; & positis genibus, orabat dicens: ✠ Pater, si vis, transfer calicem istum à me, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat, C Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia; & ait illis: ✠ Quid dormitis? Surgite, orate, nè intretis in tentationem. C Adhuc eo loquen-

te,

Digitized by Google

te, ecce turba, & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos; & appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum. Jesus autem dixit illi: ✠ Juda, osculo Filium hominis tradis? C Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: S Domine, si percutimus in gladio? C Et percussit unus ex illis servum Principis Sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram. Respondens autem Jesus, ait: ✠ Sinite usque huc. C Et cùm tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. Dixit autem Jesus ad eos, qui venerant ad se, Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores: ✠ Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus? Cùm quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. C Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. Accenso autem igne in medio atrii, & circum-

sede-

Digitized by Google

sedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cùm vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: S Et hic cum illo erat. C At ille negavit eum, dicens: S Mulier, non novi illum. C Et post pusillum alius videns eum, dixit: S Et tu de illis es. C Petrus verò ait: S O homo, non sum. C Et intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: S Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. C Et ait Petrus: S Homo, nescio, quid dicis. C Et continuò adhuc illo loquente, cantavit gallus: & conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, flevit amarè. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus, & interrogabant eum, dicentes: S Prophetiza, quis est, qui te percussit? C Et alia multa blasphe-

man-

Digitized by Google

mantes dicebant in eum. Et ùt factus est dies, convenerunt Seniores plebis, & Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: S Si tu es Christus, dic nobis. C Et ait illis: ✠ Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dexteris virtutis Dei. C Dixerunt autem omnes. S Tu ergo es Filius Dei? C Qui ait: ✠ Vos dicitis, quia ego sum. C At illi dixerunt: S Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore ejus. C Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatnm. Cæperunt autem illum accusare, dicentes: S Hunc invenimus subvertentem gentem nostram; & prohibentem, tributa dari Cæsari; & dicentem, se Christum Regem esse. C Pilatus autem interrogavit eum, dicens: S Tu es Rex Judæorum? C At ille respondens, ait: ✠ Tu dicis. C Ait autem Pilatus

Digitized by Google

tus ad Principes Sacerdotum, & turbas: S Nihil invenio causæ in hoc homine. C At illi invalescebant, dicentes: S Commovet populum, docens per universam Judæam, incipiens à Galilæa usque huc. C Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit, si homo Galilæus esset. Et ùt cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Jerosolymis erat illis diebus. Herodes autem, viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audierat multa de eo: & sperabat, signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus; at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ constanter accusantes eum. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erat ad invicem. Pilatus autem, convocatis Principibus

Sa-

Digitized by Google

Sacerdotum, & Magistratibus, & plebe, dixit ad illos: S Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. C Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: S Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. C Qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige eum. C Ille autem tertiò dixit ad illos: S Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. C At illi istabant, vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur; & in-

va-

Digitized by Google

valescebant voces eorum. Et Pilatus adjudicavit, fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum verò tradidit voluntati eorum. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum; quæ plangebant, & lamentabantur eum. Conversus autem ad illas Jesus, dixit: ✠ Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros; quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt; & ubera, quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? C Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam

ve-

Digitized by Google

venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, unum à dextris, & alterum à sinistris. Jesus autem dicebat: ✠ Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. C Dividentes verò vestimenta ejus, miserunt sortes. Et stabat populus spectans, & deridebant eum Principes cum eis, dicentes: S Alios salvos fecit; se salvum faciat: si hic est Christus Dei electus. C Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: S Si tu es Rex Judæorum, salvum te fac. C Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & hebraicis: Hic est Rex Judæorum. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: S Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos. C Respondens autem alter increpabat eum, dicens: S Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem justè; nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. C Et

Digitized by Google

dicebat ad Jesum: S Domine, memento mei, cùm veneris in Regnum tuum. C Et dixit illi Jesus: ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradiso. C Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam. Et obscuratus est Sol: & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Jesus, ait: ✠ Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. C Et hæc dicens, expiravit. Hic pausatur aliquantulum, & genuflectitur. Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum dicens: S Verè hic homo, justus erat. C Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus à longè: & mulieres, quæ secutæ eum erant a Galilæa, hæc videntes.

ET ecce vir nomine Joseph, qui erat Decurio, vir bonus, & justus (hic non consenserat consilio, & actibus

bus eorum) ab Arimathæa civitate Judeæ: qui exspectabat & ipse Regnnm Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu; & depositum involvit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Offertorium. Domine, exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perveniat: nè avertas faciem tuam à me.

Secreta.

SUscipe, quæsumus Domine, munus oblatum, & dignanter operare: ut, quod Passionis Filii tui Domini nostri mysterio gerimus, piis affectibus consequamur. Per eumdem Dominum.

Præfatio. Qui salutem.

Communio. Potum meum cum fletu temperabam, quia elevans allisisti me, & ego sicut fœnum arui; tu autem, Domine, in æternum permanes: tu exurgens misereberis Sion, quia venit tempus miserendi ejus.

Postcommunio.

LArgire sensibus nostris, omnipotens Deus: ut per temporalem

Digitized by Google

Filii tui mortem, quam mysteria veneranda testantur, vitam te nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eumdem Dominum.

Oremus. Humiliate capita vestra Deo.

Oratio. Super populum.

RESpice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam; pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum. Qui tecum, &c.

FERIA V.

IN CŒNA DOMINI.

Officium celebratur ad modum Festi Duplicis.

AD MATUTINUM.

Hoc triduo non dic. Domine labia, nec Deus in adjutorium, neque Invitatorium, neque Hymnus: sed dictô Pater noster, & Credo, postquam versis vultibus ad Altare signaverint se Fratres (quod etiam fiat ad alias Horas) statim incipiatur.

Digitized by Google

IN I. NOCTURNO.

Antiphona. Zelus. Psalmus 68.

SAlvum me fac, Deus: * quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi: * & non est substantia.

Veni in altitudinem maris: * & tempestas demersit me.

Laboravi clamans; raucæ factæ sunt fauces meæ: * defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei injustè: * quæ non rapui, tunc exsolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam: * & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescant in me, qui exspectant te, Domine: * Domine virtutum.

Non confundantur super me: * qui quærunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: * operuit confusio faciem meam.

Digitized by Google

Extraneus factus sum fratribus meis:* & peregrinus filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: * & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam: * & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: * & factus sum illis in parabolam.

Adversùm me loquebantur, qui sedebant in porta: * & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego verò orationem meam ad te, Domine: * tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: * in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * libera me ab iis, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquæ; neque absorbeat me profundum: * neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua: * secundùm

Digitized by Google

dùm multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: * quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam: * propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meum, & confusionem meam: * & reverentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: * improperium expectavit cor meum, & miseriam.
Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: * & qui consolaretur, & non inveni.
Et dederunt in escam meam fel: * & in siti mea potaverunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: * & in retributiones, & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum nè videant: * & dorsum eorum semper incurva.
Effunde super eos iram tuam: * & furor iræ tuæ comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: * & in ta-

Digitized by Google

in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: * & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: * & non intrent in justitiam tuam.
Deleantur de libro viventium: * & cùm justis non scribantur.
Ego sum pauper, & dolens: * salus tua, Deus, suscepit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico: * & magnificabo eum in laude.
Et placebit Deo super vitulum novellum: * cornua producentem, & ungulas.
Videant paupères, & lætentur: * quærite Deum, & vivet anima vestra.
Quoniam exaudivit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
Laudent illum cæli, & terra: * mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus salvam faciet Sion: * & ædificabuntur civitates Juda.
Et inhabitabunt ibi: * & hæreditate acquirent eam.
Et

Digitized by Google

Et semen servorum ejus possidebit eam: & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.
Non dicatur, Gloria, in fine Psalmorum, & Canticorum.
Antiph. Zelus domus tuæ comedit me; & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Antiph. Avertantur. Psalm. 69.
DEus in adjutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.
Confundantur, & revereantur: * qui quærunt animam meam.
Avertantur retrorsum, & erubescant: * qui volunt mihi mala.
Avertantur statim erubescentes: * qui dicunt mihi: euge, euge.
Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: * & dicant semper: magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego verò egenus, & pauper sum: * Deus, adjuva me.
Adjutor meus, & liberator meus es tu: * Domine, nè moreris.

Digitized by Google

Antiph. Avertantur retrorsum, & erubescant, qui cogitant mihi mala.
Antiph. Deus meus. Psalmus 70.
IN te, Domine, speravi, non confundar in æternum: * in justitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: * & salva me.
Esto mihi in Deum protectorem; & in locum munitum: * ut salvum me facias.
Quoniam firmamentum meum: * & refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: * & de manu contra legem agentis, & iniqui.
Quoniam tu es patientia mea, Domine: * Domine, spes mea à juventute mea.
In te confirmatus sum ex utero: * de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea semper: * tamquam prodigium factus sum multis; & tu adjutor fortis.
Repleatur os meum laude, ut can-
tem
Digitized by Google

tem gloriam tuam: * tota die magnitudinem tuam.
Nè projicias me in tempore senectutis: * cùm defecerit virtus mea, nè derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: * & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.
Dicentes, Deus dereliquit eum; persequimini, & comprehendite eum: * quia non est, qui eripiat.
Deus, nè elongeris à me: * Deus meus, in auxilium meum respice.
Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: * operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: * & adjiciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit justitiam tuam: * tota die salutare tuum.
Quoniam non cognovi litteraturam; introibo in potentias Domini: * Domine, memorabor justitiæ tuæ solius.
Deus, docuisti me à juventute mea: * & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et usque in senectam, & senium: * Deus, nè derelinquas me.
Donec annunciem brachium tuum: * generationi omni, quæ ventura est.
Potentiam tuam, & justitiam tuam, Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia: * Deus, quis similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas; & conversus vivificasti me: * & de abyssis terræ iterum reduxisti me?
Multiplicasti magnificentiam tuam: * & conversus consolatus es me.
Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: * Deus, psallam tibi in cythara sanctus Israel.
Exultabunt labia mea, cùm cantavero tibi: * & anima mea, quam redemisti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam: * cùm confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.
Antiph. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.
℣. Exurge, Domine.

℟. Et

Digitized by Google

℟. Et judica causam meam.

Pater noster. Quo dicto secretò, non pronuncietur: Et ne nos; sed facto signo à Prælato, Lector incipiat tam Lamentationem, quàm Lectionem sinè Jube Domne, & finiat absque Tu autem. Finitaque Lectione, sive Lamentatione, immediatè inchoëtur Responsorium. Iste modus ad Matutinum etiam in duobus diebus sequentibus observetur.

Incipit Lamentatio Jeremiæ Prophetæ.

Lectio i. Thren. cap. 1. Aleph.

QUomodo sedet sola Civitas plena populô; facta est quasi vidua Domina Gentium: Princeps Provinciarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Non est, qui consoletur eam, ex omnibus charis ejus. Omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici.

Ghimel. Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitutis: ha-

Digitized by Google

habitavit inter Gentes, nec invenit requiem. Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias. Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

Et ità deinceps usque ad Sabbatum sanctum inclusivè; terminentur omnes Lect. de Propheta Jeremia.

℟. In monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: * Fiat voluntas tua.

℣. Veruntamen, non sicut ego volo: sed sicut tu vis. Fiat voluntas tua.

Lectio ii. Daleth.

VIæ Sion lugent: eo quòd non sint, qni veniant ad solemnitatem. Omnes portæ ejus destructæ; Sacerdotes ejus gementes: Virgines ejus squallidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

He. Facti sunt hostes ejus in capite; inimici ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus.

Par-

Digitized by Google

Parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.
Vau. Et egressus est à filia Sion omnis decor ejus: facti sunt Principes ejus velut arietes non invenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Jerusalem, Jerusalem &c.
℟. Tristis est anima mea usque ad mortem; sustinete hìc, & vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quæ circumdabit me: * Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis.
℣. Ecce appropinquat hora: & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos &c.

Lectio iii. Zain.

RΕcordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ, & prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis: cùm caderet populus ejus in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes; & deriserunt sabbata ejus.
Heth. Peccatum peccavit Jerusalem: propterea instabilis facta est. Omnes, qui

Digitized by Google

qui glorificabant eam, spreverunt illam; quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gemens conversa est retrorsum.
Teth. Sordes ejus in pedibus ejus: nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens consolatorem. Vide, Domine, afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus. Jerusalem, Jerusalem &c.
℟. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem; aspectus ejus in eo non est: hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: * Cujus livore sanati sumus.
℣. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: Cujus livore &c.
℟. Ecce vidimus, usque ad ℣.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. Liberavit. Psal. 71.

DEus, judicium tuum Regi da: * & justitiam tuam filio Regis.
Judicare populum tuum in justitia: * & pauperes tuos in judicio.

Su-

Digitized by Google

Suscipiant montes pacem populo: * & colles justitiam.
Judicabit pauperes populi; & salvos faciet filios pauperum: * & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole, & ante lunam: * in generationem, & generationem.
Descendet sicut pluvia in vellus: * & sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis: * donec auferatur luna.
Et dominabitur à mari usque ad mare: & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident Æthiopes: * & inimici ejus terram lingent.
Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: * Reges Arabum, & Saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes Reges terræ: * omnes gentes servient ei.
Quia liberabit pauperem à potente: * & pauperem, cui non erat adjutor.
Parcet pauperi, & inopi: * & animas pauperum salvas faciet.
Ex

Digitized by Google

Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum: * & honorabile nomen eorum coram illo:

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ; & adorabunt de ipso semper: * tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium; superextolletur super Libanum fructus ejus: * & florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in secula: * ante solem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ: * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel: * qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum; & replebitur majestate ejus omnis terra: * fiat, fiat.

Antiph. Liberavit Dominus pauperem à potente, & inopem, cui non erat adjutor.

Antiph. Cogitaverunt. Psal. 72.

QUam bonus Israel Deus: * his qui recto sunt corde.

Mei

Mei autem penè moti sunt pedes: * penè effusi sunt gressus mei.
Quia zelavi super iniquos: * pacem peccatorum videns.
Quia non est respectus morti eorum: * & firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt: * & cum hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: * operti sunt iniquitate, & impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: * transierunt in affectum cordis.
Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: * iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cælum os suum: * & lingua eorum transivit in terra.
Ideo convertetur populus meus hic: * & dies pleni invenientur in eis.
Et dixerunt, quomodo scit Deus: * & si est scientia in excelso?
Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo: * obtinuerunt divitias.
Et dixi: Ergo sinè causa justificavi cor meum: * & lavi inter innocentes manus meas.

Digitized by Google

Et fui flagellatus tota die : * & castigatio mea in matutinis .
Si dicebam : Narrabo sic : * ecce nationem filiorum tuorum reprobavi .
Existimabam , ut cognoscerem hoc: * labor est ante me .
Donec intrem in sanctuarium Dei : * & intelligam in novissimis eorum .
Veruntamen propter dolos posuisti eis: * dejecisti eos , dum allevarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem , subitò defecerunt : * perierunt propter iniquitatem suam .
Velut somnium surgentium , Domine : * in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges .
Quia inflammatum est cor meum ; & renes mei commutati sunt : * & ego ad nihilum redactus sum , & nescivi .
Ut jumentum factus sum apud te: * & ego semper tecum .
Tenuisti manum dexteram meam ; & in voluntate tua deduxisti me : * & cum gloria suscepisti me .
Quid enim mihi est in cælo ? * & à
te

Digitized by Google

te quid volui super terram?

Defecit caro mea, & cor meum: * Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.

Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: * perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est: * ponere in Domino Deo spem meam.

Ut annunciem omnes prædicationes tuas, * in portis filiæ Sion.

Antiph. Cogitaverunt impii, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

Antiph. Exsurge. Psalmus 73.

UT quid, Deus, repulisti in finem: * iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ: * quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ: * mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem: * quanta malignatus est inimicus in sancto!

Et

Digitized by Google

Et gloriati sunt, qui oderunt te: * in medio solemnitatis tuæ.
Posuerunt signa sua, signa: * & non cognoverunt sicut in exitu super summum.
Quasi in sylva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum: * in securi, & ascia dejecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuarium tuum: * in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo, cognatio eorum simul: * quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.
Signa nostra non vidimus; jam non est Propheta: * & nos non cognoscet ampliùs.
Usquequo, Deus, improperabit inimicus: * irritat adversarius nomen tuum in finem?
Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam: * de medio sinu tuo in finem?
Deus autem Rex noster ante secula: * operatus est salutem in medio terræ.
Tu confirmasti in virtute tua mare: *
con-
Digitized by Google

contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis : * dedisti eum escam populis Æthiopum.
Tu dirupisti fontes, & torrentes : * tu siccasti fluvios Æthan.
Tuus est dies, & tua est nox : * tu fabricatus es auroram, & solem.
Tu fecisti omnes terminos terræ : * æstatem, & ver tu plasmasti ea.
Memor esto hujus, inimicus improperavit Domino:* & populus insipiens incitavit nomen tuum.
Nè tradas bestiis animas confitentes tibi : * & animas pauperum tuorum nè obliviscaris in finem.
Respice in testamentum tuum : * quia repleti sunt, qui obscurati sunt, terræ domibus iniquitatum.
Nè avertatur humilis factus confusus : * pauper, & inops laudabunt nomen tuum.
Exsurge Deus, judica causam tuam :* memor esto improperiorum tuorum, eorum, quæ ab insipiente sunt tota die.

Nè

12075 Digitized by Google

Nè obliviſcaris voces inimicorum tuorum : * ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.

Antiph. Exſurge, Domine, & judica cauſam meam.

℣. Deus meus, eripe me de manu peccatoris.

℟. Et de manu contra legem agentis, & iniqui.

Sermo ſancti Leonis Papæ.

Serm. 7. de Paſſione. Lectio iv.

INcipientes, dilectiſſimi, de Paſſione Domini tractare, divino intelligimus diſpoſitum fuiſſe conſilio, ut ſacrilegi Judæorum Principes, & impii Sacerdotes, qui ſæviendi in Chriſtum occaſiones ſæpe quæſiverant, nonniſi in ſolemnitate Paſchali exercendi furoris ſui acciperent poteſtatem. Oportebat enim, ut manifeſto implerentur effectu, quæ diù fuerant figuratô promiſſa myſteriô; & uno expleretur ſacrificiô variarum differentia victimarum. Ut ergo umbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis: anti-

Digitized by Google

tiqua obſervantia novo excluditur ſacramento. Hostia in hostiam transit; & sanguine sanguis auſertur: & legalis festivitas, dum mutatur, impletur.

℟. Amicus meus osculi me tradidit signo. Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium. * Infelix prætermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo se suspendit.

℣. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem tradetur. Infelix prætermisit.

Lectio v.

INcipiente enim festivitate Paschali, qui ornare templum, vasa mundare, victimas providere debuerant; in unum facinus conjurant: ut & nova mysteria non apprehenderent, & antiqua violarent. Providentibus ergo, nè in die sancto tumùltus oriretur; non festivitati, sed facinori studebatur: metuebantque, non ut populus non peccaret, sed nè Chris-

Digitized by Google

tus evaderet. At Jesus consilii sui certus, vetus Testamentum consummabat: & novum Pascha condebat. Et cùm in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Christus deberet occidi; ille corporis, & sanguinis sui ordinans Sacramentum: docebat, qualis Deo hostia deberet offerri; nec traditore submoto: ut ostenderetur nulla injuria exasperatus.

℟. Unus ex vobis tradet me hodie: væ illi, per quem tradar ego: *Meliùs illi erat, si natus non fuisset. ℣. Qui intingit mecum manum in poropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. Meliùs illi erat.

Lectio vi.

DIcens quoque: Unus vestrûm me traditurus est, notam sibi traditoris, ac proditoris conscientiam demonstravit; non aspera, nec aperta impium increpatione confundens, sed leni, ac tacita admonitione conveniens: ut faciliùs corrigeret pœnitudo, quem nulla deformasset abjectio. Cur infelix Juda,

tan-

Digitized by Google

tanta benignitate non uteris? Ecce parcit ausibus tuis Dominus, & nulli te, nisi tibi, indicat Christus; nec nomen tuum, nec persona detegitur: sed veritatis, & misericordiæ verbo, cordis tui tantùm arcana tanguntur. Non Apostolici ordinis honor, non Sacramentorum tibi communio denegatur. Redi in integrum, & deposito furore, resipisce: clementia invitat, salus pulsat, ad vitam te vita revocat.

℟. Eram quasi agnus innocens: ductus sum ad immolandum, & nesciebam. Consilium fecerunt inimici mei adversùm me, dicentes: * Venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium.

℣. Omnes inimici mei adversùm me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandaverunt adversùm me dicentes: Venite. ℟. Eram quasi.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Dixit. Psalmus 74.

CONfitebimur tibi, Deus: * confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

346556 Digitized by Google

Narrabimus mirabília tua : * cùm accepero tempus, ego justitias judicabo.
Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea : * ego confirmavi columnas ejus.
Dixi iniquis: nolite iniquè agere: * & delinquentibus : nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu vestrum : * nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.
Quia neque ab oriente, neque ab occidente; neque à desertis montibus: * quoniam Deus Judex est.
Hunc humiliat, & hunc exaltat: * quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.
Et inclinavit ex hoc in hoc; verumtamen fæx ejus non est exinanita: * bibent omnes peccatores terræ.
Ego autem annuntiabo in seculum: * cantabo Deo Jacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: * & exaltabuntur cornua justi.

An-

Digitized by Google

Antiph. Dixi iniquis: nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.

Antiph. Terra. Psalmus 75.

NOtus in Judæa Deus: * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum: * scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Jacob: * dormitaverunt, qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judicium: * terra tremuit, & quievit.

Cùm exsurgeret in judicium Deus: * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confite-

bitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Domino Deo veſtro: * omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili & ei, qui aufert spiritum principum: * terribili apud reges terræ.

Antiph. Terra tremuit, & quievit: dum resurgeret in judicium Deus.

Antiph. In die. Psalmus 76.

VOce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisivi; manibus meis nocte contra eum: * & non sum deceptus.

Renuit consolari anima mea; memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: * & defecit spiritus meus.

Anticipaverunt vigilias oculi mei: * turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: * & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo: *

Digitized by Google

meo: * & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.
Numquid in æternum projiciet Deus: * aut non apponet, ut complacitior ſit adhuc?
Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet: * à generatione in generationem?
Aut obliviſcetur miſereri Deus: * aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?
Et dixi: nunc cœpi: * hæc mutatio dexteræ Excelſi.
Memor fui operum Domini: * quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: * & in adinventionibus tuis exercebor.
Deus, in ſancto via tua; quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * tu es Deus, qui facis mirabilia.
Notam feciſti in populis virtutem tuam: * redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joſeph.

Digitized by Google

Viderunt te aquæ, Deus; viderunt te aquæ: * & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: * vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: * vox tonitrui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: * commota est, & contremuit terra.

In mari via tua; & semitæ tuæ in aquis multis: * & vestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oves populùm tuum:* in manu Moysi, & Aaron.

Antiph. In die tribulationis meæ Deum exquisivi manibus meis.

℣. Homo pacis meæ, in quo speravi.

℟. Ampliavit adversùm me supplantationem.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. de prodit. Judæ.

Lectio vii.

TUnc abiit, inquit: non invitatus à Principibus, sponte processit, unus de duodecim. Septuaginta disci-

cipulis non tam interiora commissa sunt. Hæc erat caterva regalis: de hoc choro Judas egressus est. Judas, inquit, Iscariotes. Quid mihi ejus patriam dicis? Utinam ipsum quoque nescire licuisset! Et dixit eis: quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? O puniendæ vocis temeritatem! Ideo Magister, te divitias debere contemnere prædicabat? O crudelitatem! Dic, quæ causa proditionis? Forsitan quòd tibi dœmonum tradidit potestatem: quòd fecit languentibus subvenire: quòd mortuos suscitare didicisti? O verbum totius superbiæ! Tradis eum, qui cuncta conservat; qui dœmonibus imperat: cui obtemperant maria; cui omnes subjacent potestates.

℟. Una hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro mé? * Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judæis.

℣. Dormìte jam, & requiescite: ecce appropinquavit, qui me tradet.

Digitized by Google

Vel Judam. Lectio viii.

QUando Judas de traditione tractabat, dicunt discipuli: ubi vis paremus tibi Paſcha manducare? Vide discipulos, vide discipulum. Iſti sunt de præparatione solliciti: ille Dominici Sanguinis mercator existit. Et illud quidem Paſcha Judæorum discipuli præparabant: iſtud autem, quod noſtrum eſt, ipſe Chriſtus conſtituit. Et dixit: Hoc eſt Corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hic eſt Sanguis meus: qui pro multis effundetur. O Chriſti misericordia! O Judæ dementia! Ille eum paciscebatur, ut venderet; Chriſtus ei Sanguinem, quem vendidit, offerebat: ut haberet remiſsionem peccatorum, si tamen impius existere noluiſſet. Nam sacrificii communicationem meruit; & pedes ejus lavit Chriſtus: ut excusationem suæ malitiæ non haberet.

℟. Seniores populi concilium fecerunt: * Ut Jesum dolo tenerent, & occiderent: cum gladiis, & fuſti-

tibus exierunt, tamquam ad latronem.

℣. Collegerunt ergo Pontifices, & Pharisæi concilium. Ut Jesum.

Lectio ix.

SEd jam ad terribilem mensam cum debita reverentia, cum congrua vigilantia opportunum tempus invitat. Nullus ibi Judas reperiatur, nullus malignus accedat: nec insidiæ mente condantur. Nullus fictus accedat: nullus fucato animo. Pura igitur sit mens, pura cogitatio: quia & sacrificium purum est. Dominus quidem noster corpus assumptum ablaturus ex oculis nostris, & sideribus illaturus; in hac die Sacramentum Corporis, & Sanguinis sui consecravit: ut perennis illa victima viveret in memoria, & semper præsens esset in gratia. Cùm igitur ad reverendum altare ascendis: sacrum Dei tui Corpus, & Sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & gustu interiori assume.

Digitized by Google

℟. Revelabunt cæli iniquitatem Judæ, & terra adversùs eum consurget, & manifestum erit peccatum illius in die furoris Domini: * Cum eis, qui dixerunt Domino Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.
℣. In diem perditionis servabitur, & ad diem ultionis ducetur. Cum eis.
℟. Revelabunt.

Finito ix. ℟. non dicatur ℣. ante Laudes, sed statim inchoetur.

IN LAUDIBUS

Antiph. Justificeris. Psalmus 50.

MIserere mei, Deus: * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper. Ti-

Digitized by Google

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concèpit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hysopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis:* & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias me à facie tua:* & Spiritum sanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Li-

Digitized by Google

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: * & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.
Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.
Ant. Justificeris, Domine, in sermonibus tuis: & vincas cùm judicaris.
Antiph. Dominus. Psalmus 89.
DOmine, refugium factus es nobis: * a generatione in generationem.
Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: * à seculo, & usque in seculum tu es, Deus.
Nè
Digitized by Google

Nè avertas hominem in humilitatem:* & dixisti: convertimini filii hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos; * tamquam dies hesterna, quæ præteriit.
Et custodia in nocte : * quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.
Manè sicut herba transeat ; manè floreat, & transeat : * vespere decidat, induret, & arescat.
Quia defecimus in ira tua : * & in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : * seculum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt : * & in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur : * dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni : * & ampliùs eorum labor, & dolor.
Quoniam supervenit mansuetudo : * & corripiemur.
Quis novit potestatem iræ tuæ : * & præ

& præ timore tuo iram tuam dinumerare?
Dexteram tuam sic notam fac: * & eruditos corde in sapientia.
Convertere, Domine, usquequo: * & deprecabilis esto super servos tuos.
Repleti sumus manè misericordia tua: * & exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.
Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: * annis, quibus vidimus mala.
Respice in servos tuos, & in opera tua: * & dirige filios eorum.
Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: * & opus manuum uostrarum dirige.
Antiph. Dominus tamquam ovis ad victimam ductus est: & non aperuit os suum.
Antiph. Contritum est. Psalmus 62.
DEus, Deus meus: * ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea: * quàm multipliciter tibi caro mea.
In
Digitized by Google

In terra deserta, & invia, & inaquosa; sic in sancto apparui tibi: * ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum; in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam; introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo; laudabuntur omnes, qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psal-

Digitized by Google

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi, Deus: * confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur, & exultent gentes; quoniam judicas populos in æquitate: * & gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.
Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.
Antiph. Contritum est cor meum in medio mei: contremuerunt omnia ossa mea.
Antiph. Exhortatus.

Canticum Moysi. Exod. 15.

CAntemus Domino, glosiosè enim magnificatus est: * equum, & ascensorem dejecit in mare.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus: *

Digitized by Google

nus: * & factus est mihi in salutem.
Iste Deus meus, & glorificabo eum: * Deus patris mei, & exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator; omnipotens nomen ejus: * currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare.
Electi Principes ejus submersi sunt in mari rubro: * abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera tua, Domine, percussit inimicum: * & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos.
Misisti iram tuam; quæ devoravit eos, sicut stipulam: * & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.
Stetit unda fluens: * congregatæ sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus; persequar, & comprehendam: * dividam spolia, implebitur anima mea.
Evaginabo gladium meum: * interficiet eos manus mea.

Fla-

Digitized by Google

Flavit ſpiritus tuus, & operuit eos mare: * ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus, Domine? * quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendiſti manum tuam, & devoravit eos terra: * dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua: * ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: * dolores obtinuerunt habitatores Philiſthiim.

Tunc conturbati ſunt Principes Edom; robuſtos Moab obtinuit tremor: * obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat ſuper eos formido, & pavor: * in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus, Domine: * donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

In-

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ: * firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine.
Sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ: * Dominus regnabit in æternum, & ultra.
Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, & equitibus ejus in mare: * & reduxit super eos Dominus aquas maris.
Filii autem Israël ambulaverunt per siccum: * in medio ejus.
Antiph. Exhortatus es in virtute tua: & in refectione sancta tua, Domine.
Antiph. Oblatus est.	Psalmus 148.
LAudate Dominum de cælis: * laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.
Laudate eum sol, & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Sta-

Digitized by Google

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: * præceptum posuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.
Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.
Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.
Juvenes, & virgines, senes cum junioribus; laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.
Confessio ejus super cælum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.
Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: * & fi-

Digitized by Google

& filii Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt Sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.
Ad alligandos Reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubæ: * laudate

Digitized by Google

date eum in psalterio, & cythara.
Laudate eum in tympano, & choro :* laudate eum in chordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis ſpiritus laudet Dominum.
Antiph. Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & peccata noſtra ipſe portavit.
Capitulum non dicatur, nec Hymnus, nec ℣. ſed finita quinta Antiph. inchoetur Antiph. Traditor.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael:* quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis nobis: * in domo David pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum, * qui à ſeculo ſunt, Prophetarum ejus.
Salutem ex inimicis noſtris: * & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: * & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iusjurandum, quod juravit ad Abraham pa-

Digitized by Google

patrem nostrum: * daturum se nobis.
Ut sinè timore de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviamus illi.
In sanctitate, & justitia coram ipso,* omnibus diebus nostris.
Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.
Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiæ Dei nostri:* in quibus visitavit nos oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Antiph. Traditor autem dedit eis signum dicens: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.
Finita Antiph. post Bened. duo Fratres stantes ante gradus Altaris dic. Kyrie eleison: & Choro resp. Kyrie eleison: Et iterum illi Fratres dic. Kyrie eleison.
Deinde alii duo Fratres stantes in medio Chori dicant: Domine mise-

rere. Et Chorus respondeat: Chriſtus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Postea Fratres, qui sunt antè gradus, cantent ℣. Qui passurus advenisti propter nos. Chorus: Christe eleison. Fratres ante gradus dicant ℣. Qui expansis in Cruce manibus, traxisti omnia ad te secula. Chorus: Christe eleison. Fratres ante gradus: ℣. Qui propheticè prompsisti: Ero mors tua, ò mors. Chorus: Christe eleison:

Deinde Fratres stantès in medio Chori dic. Domine miserere. Et Chorus resp. Christus &c. Item Fratres ante gradus dicant: Kyrie eleison, Et Chorus respondeat: Kyrie eleison. Et Fratres ante gradus: Kyrie eleison.

Deinde duo Fratres in medio Chori dicant: Domine, miserere. Et Chorus resp. Christus &c. Denique Fratres ante gradus, alta voce dicant ℣. Mortem autem Crucis. Et Conventus in Choro prostratus super formas (quod

etiam

Digitized by Google

etiam fiet in duobus diebus sequentibus) dicat secretò: Pater noster; & facto signo à Prælato, dicant mediocri voce alternatim Psalm. Miserere: quo finito, Prior dicat Orationem: Respice, sinè Dominus vobiscum, & sinè Oremus, & sinè Qui tecum, & non dic. Amen, nec Benedicamus Domino, neque Fidelium, sed solum post Orat. dic. Pater noster. Et sic Matutinæ hoc triduo terminentur.

Ad Horas non dicitur Deus in adjutorium, nec Capit. nec Hymn. nec ℟℟. nec ℣℣. nec Dominus vobiscum, nec Oremus, nec Qui tecum, nec Benedicamus, nec Fidelium, nec Gloria Patri, in fine Psalm. aut in Pretiosa: sed Horæ terminantur solito Pater noster.

Digitized by Google

AD PRIMAM.

Dicto Pater noster, & Credo, inchoëtur Antiph. Christus.

Psalmus 53.

DEus, in nomine tuo salvum me fac:*& in virtute tua judica me.
Deus, exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt adversùm me, & fortes quæsierunt animam meam: * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Ecce enim Deus adjuvat me: * & Dominus susceptor est animæ meæ.
Averte mala inimicis meis: * & in veritate tua disperde illos.
Voluntariè sacrificabo tibi: * & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * & super inimicos meos despexit oculus meus.

Psalmus 118.

BEati immaculati in via: * qui ambulant in lege Domini.
Beati, qui scrutantur testimonia

ejus: *

ejus: * in toto corde exquirunt eum.
Non enim, qui operantur iniquitatem, * in viis ejus ambulaverunt.
Tu mandasti: * mandata tua custodiri nimis.
Utinam dirigantur viæ meæ: * ad custodiendas justificationes tuas!
Tunc non confundar: * cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: * in eo, quòd didici judicia justitiæ tuæ.
Justificationes tuas custodiam: * non me derelinquas usquequaque.
In quo corrigit adolescentior viam suam? * in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisivi te: * nè repellas me à mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: * ut non peccem tibi.
Benedictus es, Domine: * doce me justificationes tuas.
In labiis meis, * pronunciavi omnia judicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delecta-

Digitized by Google

tatus sum: * sicut in omnibus divitiis.
In mandatis tuis exercebor: * & considerabo vias tuas.
In justificationibus tuis meditabor: * non obliviscar sermones tuos.
R়
REtribue servo tuo, vivifica me: * & custodiam sermones tuos.
Revela oculos meos: * & considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: * non abscondas à me mandata tua.
Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas: * in omni tempore.
Increpasti superbos: * maledicti, qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium, & contemptum: * quia testimonia tua exquisivi.
Etenim sederunt Principes; & adversùm me loquebantur: * servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: * & consilium meum justificationes tuæ.

Ad-

Digitized by Google

Adhæsit pavimento anima mea: * vivifica me secundùm verbum tuum.
Vias meas enunciavi, & exaudisti me: * doce me justificationes tuas.
Viam justificationum tuarum instrue me: * & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitavit anima mea præ tædio: * confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amove à me: * & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: * judicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimoniis tuis, Domine: * noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: * cùm dilatasti cor meum.
Antiph. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem; mortem autem Crucis.

Dicta post Psalmos Ant. absque Kyrie eleison, & precibus, & sinè Psalmo Miserere, dic. Oratio Respice &c. Confiteor non dic. usque ad Complet. Sabb. exclus.

Pretiosa dicatur moro solito, sinè Gloria Patri, & cum Evang. ejusdem Feriæ. pag. 161.

Digitized by Google

Tertia, Sexta, & Nona, dicuntur supradicto modo cum Antiph. Christus, & Orat. Respice.

AD TERTIAM.

Pater noster.

Antiph. Christus.

LEgem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum: * & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: * & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: * quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: * & non in avaritiam.

Averte oculos meos, nè videant vanitatem: * in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: * in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: * quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: * in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua,

Do-

Digitized by Google

Domine: * salutare tuum secundùm eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: * quia speravi in sermonibus tuis.
Et nè auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque: * quia in judiciis tuis supersperavi.
Et custodiam legem tuam semper: * in seculum, & in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: * quia mandata tua exquisivi.
Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: * & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: * quæ dilexi.
Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: * & exercebar in justificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui servo tuo: * in quo mihi spem dedisti.
Hæc me consolata est in humilitate mea: * quia eloquium tuum vivificavit me.
Superbi inique agebant usquequaque: *

Digitized by Google

que: * à lege autem tua non declinavi.
Memor fui judiciorum tuorum à seculo, Domine: * & consolatus sum.
Defectio tenuit me: * pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant justificationes tuæ: * in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui, Domine: * & custodivi legem tuam.
Hæc facta est mihi: * quia justificationes tuas exquisivi.
Portio mea, Domine: * dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: * miserere mei secundùm eloquium tuum.
Cogitavi vias meas: * & converti pedes meos in testimonia tua.
Paratus sum, & non sum turbatus: * ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: * & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendùm tibi: * super judicia justificationis tuæ.

Par-

Digitized by Google

Particeps ego sum omnium timentium te: * & custodientium mandata tua.
Misericordia tua, Domine, plena est terra: * justificationes tuas doce me.
BOnitatem fecisti cum servo tuo, Domine: * secundùm verbum tuum.
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: * quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer, ego deliqui: * propterea eloquium tuum custodivi.
Bonus es tu: * & in bonitate tua doce me justificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum: * ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: * ego verò legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi, quia humiliasti me: * ut discam justificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: * super millia auri, & argenti.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: * da mihi intellectum,

& discam mandata tua.
Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur : * quia in verba tua superſperavi.
Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua : * & in veritate tua humiliaſti me.
Fiat miſericordia tua, ut conſoletur me : * ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo.
Veniant mihi miſerationes tuæ, & vivam : * quia lex tua meditatio mea eſt.
Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me : * ego autem exercebor in mandatis tuis.
Convertantur mihi timentes te : * & qui noverunt teſtimonia tua.
Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis : * ut non confundar.
Antiph. Chriſtus. Orat. Reſpice.

Digitized by Google

AD SEXTAM.

Pater noster.

Antiph. Christus.

DEfecit in salutare tuum anima mea: * & in verbum tuum superſperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: * dicentes: quando conſolaberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruina: * juſtificationes tuas non ſum oblitus.

Quot ſunt dies ſervi tui: * quando facies de perſequentibus me judicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes: * ſed non ùt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: * iniquè perſecuti ſunt me, adjuva me.

Paulò minùs conſummaverunt me in terra: * ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum miſericordiam tuam vivifica me: * & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

In æternum, Domine: * verbum tuum permanet in cælo

In-

Digitized by Google

In generationem , & generationem veritas tua : * fundasti terram , & permanet.
Ordinatione tua perseverat dies : * quoniam omnia serviunt tibi.
Nisi quòd lex tua meditatio mea est : * tunc fortè periissem in humilitate mea.
In æternum non obliviscar justificationes tuas : * quia in ipsis vivificasti me.
Tuus sum ego, salvum me fac : * quoniam justificationes tuas exquisivi.
Me exspectaverunt peccatores , ut perderent me : * testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis vidi finem : * latum mandatum tuum nimis.

QUomodo dilexi legem tuam , Domine : * tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo : * quia in æternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi : * quia testimonia tua meditatio mea est.

Su-

Digitized by Google

Super senes intellexi: * quia mandata tua quæsivi.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: * ut custodiam verba tua.
A judiciis tuis non declinavi: * quia tu legem posuisti mihi.
Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: * super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: * propterea odivi omnem viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuum: * & lumen semitis meis.
Juravi, & statui: * custodire judicia justitiæ tuæ.
Humiliatus sum usquequaque, Domine: * vivifica me secundùm verbum tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine: * & judicia tua doce me.
Anima mea in manibus meis semper: * & legem tuam non sum oblitus.
Posuerunt peccatores laqueum mihi: * & de mandatis tuis non erravi.
Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum: * quia exultatio cordis mei sunt.

In-

Digitized by Google

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum : * propter retributionem.

INiquos odio habui : * & legem tuam dilexi.

Adjutor, & susceptor meus es tu : * & in verbum tuum supersperavi.

Declinate à me maligni : * & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundùm eloquium tuum, & vivam : * & non confundas me ab exspectatione mea.

Adjuva me, & salvus ero : * & meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis : * quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ : * ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : * à judiciis enim tuis, timui.

Feci judicium, & justitiam : * non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum : * non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare

tuum : *

Digitized by Google

tuum: * & in eloquium juſtitiæ tuæ.
Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam: * & juſtificationes tuas doce me.
Servus tuus ſum ego: * da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua.
Tempus faciendi, Domine: * diſſipaverunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: * ſuper aurum, & topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: * omnem viam iniquam odio habui.
Antiph. Chriſtus. Orat. Reſpice.

AD NONAM.

Pater noſter.
Antiph. Chriſtus.

MIrabilia teſtimonia tua: * ideo ſcrutata eſt ea anima mea.
Declaratio ſermonum tuorum illuminat: * & intellectum dat parvulis.
Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: * quia mandata tua deſiderabam.
Aſpice in me, & miſerere mei: * ſecundùm judicium diligentium nomen tuum.

Gres-

Gressus meos dirige secundùm eloquium tuum: * & non dominetur mei omnis injustitia.
Redime me à calumniis hominum: * ut custodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina super servum tuum: * & docè me justificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: * quia non custodierunt legem tuam.
Justus es, Domine: * & rectum judicium tuum.
Mandasti justitiam testimonia tua: * & veritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus meus: * quia obliti sunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum vehementer: * & servus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego, & contemptus: * justificationes tuas non sum oblitus.
Justitia tua, justitia in æternum: * & lex tua veritas.
Tribulatio, & angustia invenerunt me: * mandata tua meditatio mea est.

Æqui-

Digitized by Google

Æquitas teſtimonia tua in æternum:* intellectum da mihi, & vivam.

CLamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine: * juſtificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac: * ut cuſtodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi: * quia in verba tua superſperavi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculò: * ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum miſericordiam tuam, Domine: * & secundùm judicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati: * à lege autem tua longè facti sunt.

Prope es tu, Domine: * & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de teſtimoniis tuis: * quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me: * quia legem tuam non sum oblitus.

Judica judicium meum, & redime me: * propter eloquium tuum vivifica me.

Lon-

Longè à peccatoribus salus: * quia justificationes tuas non exquisierunt.
Misericordiæ tuæ multæ, Domine: * secundum judicium tuum vivifica me.
Multi, qui persequuntur me, & tribulant me: * à testimoniis tuis non declinavi.
Vidi prævaricantes, & tabescebam: * quia eloquia tua non custodierunt.
Vide, quoniam mandata tua dilexi, Domine: * in misericordia túa vivifica me.
Principium verborum tuorum veritas: * in æternum omnia judicia justitiæ tuæ.

PRincipes persecuti sunt me gratìs: * & à verbis tuis formidavit cor meum.
Lætabor ego super eloquia tua: * sicut qui invenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: * legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: * super judicia justitiæ tuæ.
Pax multa diligentibus legem tuam: *

& non

Digitized by Google

& non est illis scandalum.
Exspectabam salutare tuum, Domine: * & mandata tua dilexi.
Custodivit anima mea testimonia tua:* & dilexit ea vehementer.
Servavi mandata tua, & testimonia tua: * quia omnes viæ meæ in conspectu tno.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: * juxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: * secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: * cùm docueris me justificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: * quia omnia mandata tua æquitas.
Fiat manus tua, ut salvet me: * quoniam mandata tua elegi.
Concupivi salutare tuum, Domine: * & lex tua meditatio mea est.
Vivet anima mea, & laudabit te: * & judicia tua adjuvabunt me.
Erravi, sicut ovis, quæ periit: *
quæ-

Digitized by Google

quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Antiph. Christus. Orat. Respice.

FERIA QUINTA

IN CŒNA DOMINI.

FRatres privatas Missas non celebrent, sed omnes in Missa Conventuali communicent: Sacrista verò ante Nonam omnia Altaria detegat, præter majus, (quod dum Vesperæ cantantur, detegatur, una sola mappa super ipsum usque post finem Missæ relicta, quæ, finita Missa, removeatur) & usque ad Horam Tertiam Sabbati sequentis detecta remaneant, præter majus, quod in crastinum, hora Officii cooperiatur. Finita Nona, Prior cum his Ministris, scilicet Diacono, & Subdiacono, & Acolytis, absque sericis indumentis, & cereis ad gradus Altaris veniat, ibique Diacono cum uno Acolythorum à dextris, & Subdiacono cum altero Acolythorum à sinistris

stan-

Digitized by Google

stantibus, incipiat sinè nota Antiph. Nè reminiscaris. Qua incepta, prosternant se omnes eo ordine, quo stabant, super aliquem pannum ibi à Sacrista præparatum, & simul dicant Psalmos Pœnitentiales, terminando quemlibet Psalmum sinè ℣. Gloria Patri. Similiter Cantore, ex cujus Choro fuerit Hebdomada, incipiente Psalmum, Domine, nè in furore, Fratres ipsum, & reliquos Pœnitentiales prosequantur prostrati super formas, alternatim dicendo ℣℣. & terminando Psalmos sine Gloria Patri. Antiph. Nè reminiscaris. Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu, Domine, usquequo?

Convertere, Domine, & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, & erubescant valde velociter.

Psalmus 31.

Beati, quorum remissæ sunt iniquitates: * & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: * nec est in spiritu ejus dolus.
Quoniam tacui, inveteraverunt ossa

mea: *

Digitized by Google

mea: * dum clamarem tota die.
Quoniam die, ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: * & injustitiam meam non abscondi.
Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * & tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: * in tempore opportuno.
Verumtamen in diluvio aquarum multarum: * ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me:* exultatio mea erue me à circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradièris: * firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus, & mulus: * quibus non est intellectus.
In camo, & fræno maxillas eorum constringe: * qui non approximant ad te.

Digitized by Google

Multa flagella peccatoris : * ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit .
Lætamini in Domino , & exultate juſti : * & gloriamini omnes recti corde .

Psalmus 37.

DOmine, nè in furore tuo arguas me : * neque in ira tua corripias me .
Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi : * & confirmaſti ſuper me manum tuam .
Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ : * non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum .
Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : * & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me .
Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ :* à facie inſipientiæ meæ.
Miſer factus ſum, & curvatus ſum usque in finem : * tota die contriſtatus ingrediebar .
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus : * & non eſt ſanitas in carne mea .
Affli-

Digitized by Google

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: * & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est; dereliquit me virtus mea: * & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
Amici mei, & proximi mei: * adversùm me appropinquaverunt, & steterunt.
Et qui juxta me erant, de longè steterunt: * & vim faciebant, qui quærèbant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: * & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tamquam surdus non audiebam: * & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: * & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te, Domine, speravi: * tu exaudies me, Domine Deus meus.

Digitized by Google

Quia dixi : Nè quandò supergaudeant mihi inimici mei : * & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum : * & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo : * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me : * & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : * quoniam sequebar bonitatem.

Nè derelinquas me, Domine Deus meus : * nè discesseris à me.

Intende in adjutorium meum : * Domine Deus salutis meæ.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus : * secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum : * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea : *

& à

& à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me hysopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me, Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.
Nè projicias me à facie tua: * & Spiritum sanctum tuum nè auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Digitized by Google

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: * & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies.
Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super Altare tuum vitulos.

Psalmus 101.

DOmine, exaudi orationem meam: * & clamor meus ad te veniat.
Non avertas faciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In

Digitized by Google

In quacumque die invocavero te: * velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: * & ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum ùt fœnum, & aruit cor meum: * quia oblìtus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: * adhæsit os meum carni meæ.
Similis factus sum pelicàno solitudinis: * factus sum sicut nyctìcorax in domicilio.
Vigilavi: * & factus sum, sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: * & qui laudabant me, adversùm me jurabant.
Quia cinerem tamquam panem manducabam: * & potum meum cum fletu miscebam.
A facie iræ, & indignationis tuæ: * quia elevans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinaverunt: * & ego sicut fœnum arui.
Tu autem, Domine, in æternum

Digitized by Google

permanes: * & memoriale tuum in generationem, & generationem.
Tu exurgens misereberis Sion: * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus: * & terræ ejus miserebuntur.
Et timebunt Gentes nomen tuum, Domine: * & omnes Reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificavit Dominus Sion: * & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humìlium: * & non sprevit precem eorum.
Scribantur hæc in generatione altera: * & populus qui creabitur, laudabit Dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: * Dominus de cælo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditorum: * ut solveret filios interemptorum.
Ut annuncient in Sion nomen Domini. * & laudem ejus in Jerusalem.
In conveniendo populos in unum: *
& re-

Digitized by Google

& reges ut serviant Domino.
Respondit ei in via virtutis suæ:*paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Nè revoces me in dimidio dierum meorum: * in generationem, & generationem anni tui.
Initio tu, Domine, terram fundasti: * & opera manuum tuarum sunt cæli.
Ipsi peribunt, tu autem permanes: * & omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
Filii servorum tuorum habitabunt: * & semen eorum in seculum dirigetur.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: * in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine, quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te, Domine.

Digitized by Google

Sustinuit anima mea in verbo ejus : * speravit anima mea in Domino.
A custodia matutina usque ad noctem : * speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia : * & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel : * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Psalmus 142.

DOmine, exaudi orationem meam; auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua : * exaudi me in tua justitia.
Et non intres in judicium cum servo tuo : * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi : * & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum; meditatus sum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Digitized by Google

Expandi manus meas ad te: * anima mea ſicut terra ſinè aqua tibi.

Velociter exaudi me, Domine: * defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: * quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: * & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego ſervus tuus ſum.

Poſt Pſalm. ſubjung. à toto Choro

Digitized by Google

Antiph. Nè reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Quo finito, ſurgat Prior cum ſolo Diacono, & ſtans ſuper gradus Presbyterii, vel Altaris, verſa facie ad Meridiem, & dexteram manum erectam habens ad Conventum, Diacono coram eo tenente librum, dicat: Et nè nos inducas, &c.

Deinde ℣. Salvos fac ſervos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Eſto eis, Domine, turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. Oratio.

EXaudi, Domine, preces noſtras, & confitentium tibi parce peccatis:

catis : ut, quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absolvat. Per Christum. ℟. Amen.

Finita prædicta Oratione, faciat absolutionem, absque Dominus vobiscum, & absque Oremus, hoc modo.

DOminus Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo suo potestatem dedit ligandi, atque solvendi; ipse vos absolvat ab omni vinculo delictorum: & quantùm meæ fragilitati permittitur, sitis absoluti ante tribunal ejusdem Domini nostri Jesu Christi ab omnibus peccatis, & negligentiis vestris, habeatisque vitam æternam, & vivatis in secula seculorum. ℟. Amen.

Facta absolutione, surgant omnes; & Prior cum Ministris in Sacristiam revertatur. Et Missa inchoata à Choro (quæ sicut in festo toto Duplici celebratur) assumptis sericis indumentis albi coloris, & cereis accensis, procedat Prior more solito ad Missam celebrandam.

Digitized by Google

Officium. Gal. 6.

NOs autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi; in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem salvati, & liberati sumus.

℣. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Nos autem gloriari.

Non dic. Gloria Patri, nec Flectamus genua, sed dicatur Gloria in excelsis.

Oratio.

DEus, à quo & Judas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit: concede nobis tuæ propitiationis effectum; ut, sicut in Passione sua Jesus Christus Dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum: ita nobis, ablato vetustatis errore, Resurrectionis

suæ

Digitized by Google

suæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit, & regnat.

Hæc sola Oratio dicatur.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 11.

FRatres: Convenientibus vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem èsurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus, in qua uocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo Sanguine:

hoc

Digitized by Google

hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit Corporis, & Sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè: judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles: & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

℟. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem: mortem autem Crucis.

℣. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Se-

Digitized by Google

S equentia Sancti Evangelii ſecundùm Joannem. c. 13.

ANte diem feſtum Paſchæ, ſciens Jeſus, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundò, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cùm diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iſcariòtæ; ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe. Deinde mittit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum; & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Jeſus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non

tan-

Digitized by Google

tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Jesus; Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes: Exemplum enim dedi vobis: ut, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Credo.

Offertorium. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini. Secreta.

IPse tibi, quæsumus, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, sacrificium nostrum reddat acceptum: qui discipulis suis in sui com-

Digitized by Google

commemorationem hoc fieri hodierna traditione monstravit, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster. Qui tecum, &c.

Præfatio: Qui salutem, & Agnus Dei dicatur, sed Pax non detur.

Hac die duæ Hostiæ apponantur, & consecrentur à Sacerdote, quarum unam sumat, alteram reservet pro die sequenti, in quo non conficitur Sacramentum. Poterunt etiam, si opus fuerit, aliquæ parvæ Hostiæ pro infirmis consecrari, & reservari in Pyxide.

Deinde Sacerdos sumat totum Sanguinem, quo sumpto, ante ablutionem digitorum, Hostiam in crastinum servandam ponat in Calice diverso ab eo, in quo celebratum est: quem Diaconus patena, & palla cooperiet, & in medio Altaris collocabit, serico velo albi coloris super eum expanso.

Deinde fiat Communio Fratrum, hoc ordine: ità ut primò communicent omnes Ministri simul, Diacono, & Subdiacono habentibus Stolas super

Digitized by Google

per Dalmaticas, (si sint Sacerdotes) simulque omnes præ manibus teneant mundam, & honestam mappam ad hoc præparatam, inter Sacerdotem, & ipsos communicantes extensam, illamque sub mento, dum communicant, ambabus manibus elevent. Interim dum Ministri præfati communicant, cæteri Fratres à Majoribus incipiendo, (Sacerdotibus cum stolis super cappas) binis, ac binis, gravi, & regulato incessu successivè procedentibus, ante medium Altaris accedant: quò cùm pervenerint, simul infra infimum gradum inclinationem profundam faciant; & Ministris à supremo gradu recedentibus, ascendentes, in eorum locum alternatim succedant, ac iterum ibi profundè inclinent, moxque genua flectant, toto reliquo corpore stantes erecti: sicque cum debita reverentia Sanctissimum Christi corpus recipiant; quo sumpto simul se erigant, simulque etiam profundè inclinent, & discedant, versis vultibus ad invicem in

la-

Digitized by Google

latus incedendo, nè terga vertant Sanctiſsimo Sacramento: & infra infimum gradum Altaris, iterum profundè coram Sanctiſsimo inclinent; ac postea eodem ordine ad loca sua in Chorum revertantur; vel si Altare sit intrà Chorum, prope Presbyterium in duos Choros ordinati, maneant genuflexi. Porrò postquam Ministri communicaverint, Acolythi flectentes genua in supremo gradu Altaris, hinc, & inde versis vultibus ad invicem mappulam supradictam inter Priorem, & Fratres communicantes teneant; Diaconus verò ad cornu Evangelii, & Subdiaconus ad çornu Epistolæ accedant ad vinum sumendum: quod ab eis recipiendum est de Calice alio, quàm sit Calix, in quo celebratur: posteaque aliis illud ministrent, tenendo pedem Calicis dextera manu, & leva mundam, & decentem mappulam, qua cum Fratres post ablutionem oris labia detergant; vel poterunt etiam Fratres, dum in Chorum ad sua loca revertuntur, ex se vinum

seor-

seorsum à Sacrista præparatum sumere retro Altare. Caveat autem Sacerdos, nè post factam consecrationem, unquam Sacramento terga vertat: sed tam in communicandis Fratribus, quàm in dicendo **Dominus vobiscum**, & in danda benedictione ante ultimum Evangelium, recedat paululùm à medio ob reverentiam Sacramenti, & ante, & post quamlibet prædictarum actionum, genuflectat: quod etiam Ministri in suis functionibus observabunt.

Communio. **Dominus Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis: Scitis, quid fecerim vobis ego Dominus, & Magister? exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.**

Interim fine communicantium approximante, à Cantoribus dicatur Communio, & Fratres tunc cereos à Sacrista acceptos accendant, & genuflexi maneant. Absoluta vero omnium Fratrum Communione; Prior more solito patena recolligat fragmen-

Digitized by Google

menta, & si quæ super Corporale invenerit, in Calice excutiat: tumque primam ablutionem sumat, & secundam etiam super digitos recipiat: qua sumpta, Calicem super corporale deponat. (quem Subdiaconus à se purgatum, mox, præeunte uno Acolythorum cum Ampullis, in Sacristiam deferat) & deinde Communionem legat: qua dicta, si Missam finire voluerit, accedat ad medium Altaris, & facta genuflexione, verso vultu ad populum dicat: **Dominus vobiscum**, deinde reversus ad librum, dicat more solito:

Oremus. Postcommunio.

REfecti vitalibus alimentis, quæsumus, Domine Deus noster: ut, quod tempore nostræ mortalitatis exequimur; immortalitatis tuæ munere consequamur. **Per Dominum.**

Postea accedens ad medium, & genuflectens, dicat iterum: **Dominus vobiscum**, & deinde cantetur à Diacono: **Ite, Missa est**: & data benedictione à Priore, dicatur Evangelium. **In principio.** Fi-

Digitized by Google

Finita Missa, Acolyti cum candelabris, & cereis accensis, vadant ad Sacristiam; Cruciferariumque inde, habentem Crucem velatam, præeunte Thuriferario, comitentur, ac ante gradus Presbyterii genuflexi, se sistant. Interim aliquibus ex antiquioribus Patribus, aut nobilioribus secularibus, a Sacrista ad deferendum Baldachinum invitatis, Prior stans ante Altare genuflexus, thurificet Corpus Domini: Postea Diaconus imponat super humeros Prioris velum sericum albi coloris, cujus extremitates super ejusdem manus expandat; & deinde facta genuflexione, de Altari Calicem, in quo est Corpus Domini, cum Pyxide continente alias parvas Hostias consecratas, supraposita, tradat Priori inter manus, qui statim surgens, vertat se ad populum. Tunc Cantor incipiat Hymnum: Pange lingua gloriosi Corporis mysterium; & Conventus prosequatur, fiatque Processio ad locum præparatum, ubi reponendum est pro crasti-

no

no Corpus Christi: Priore incedente sub Baldachino, fulcientibus eum hinc, & inde per brachia Diacono, & Subdiacono: & Thuriferario à latere, semper ante eum incensante Corpus Domini. Cùm pervenerint ad locum, Fratres ordinati in duos Choros, hinc, & inde se collocent, ac genuflexi prosequantur præfatum Hymnum. Interim Diaconus genuflexus, à Priore stante, accipiat Calicem, & Pyxidem cum Sacramento, & mox se erigens ponat illum primò super corporale in medio Altaris; ubi à Priore genuflexo incensetur, ut supra: deinde Diaconus reponat illum cum Pyxide in Capsula ibidem præparata. Quo facto Acolyti dicant.

℣. Panem de cælo præstitisti eis.

℟. Omne delectamentum in se habentem. Et Prior erectus subjungat.

Oremus.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui

sacra Myſteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis &c.

Ac poſtea extinctis cereis, vel ibidem accenſis depoſitis, ſi mos fuerit, Baldachino, & Cruce etiam ibi relictis, tevertantur omnes in Chorum, ordine quo venerunt. Prior autem, & Miniſtri, præeunte Thuriferario cum Cruciferario ante Acolythos, in Sacriſtiam revertantur. Si verò priùs Veſperæ dicantur, antequam Miſſa terminetur, facta communione, fiat Proceſſio, ùt ſupra: & finita Proceſſione, Prior, & Miniſtri ad Presbyterium, & Conventus in Chorum, eo ordine, quo exierunt, revertantur.

Poſtquam autem omnes in Chorum venerint, abſque Pater noſter, & abſque Deus in adjutorium, incipiantur Veſperæ per

Antiph. Calicem. Pſalmus 115.

Credidi, propter quod locutus ſum: * ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego

Ego dixi in excessu meo: * omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino: * pro omnibus, quæ retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiam: * & nomen Domini invocabo.
Vota mea Domino reddam, coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.
O Domine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.
Vota mea Domino reddam, in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.
Antiph. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.
Antiph. Cum his. Psalmns 119.
AD Dominum, cum tribularer, clamavi: * & exaudivit me.
Domine, libera animam meam à labiis iniquis: * & à lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur

tur tibi: * ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ: * cum carbonibus deſolatoriis.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: * habitavi cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea.
Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: * cùm loquebar illis, impugnabant me gratìs.
Antiph. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratìs.
Antiph. Ab hominibus. Pſalmus 139.
ERipe me, Domine, ab homine malo: * à viro iniquo eripe me.
Qui cogitaverunt iniquitates in corde: * tota die conſtituebant prælia.
Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: * venenum aſpidum ſub labiis eorum.
Cuſtodi me, Domine, de manu peccatoris: * & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos: * abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
Et

Digitized by Google

Et funes extenderunt in laqueum: * juxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi Domino: Deus meus es tu: * exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.
Domine, Domine virtus salutis meæ: * obumbrasti super caput meum in die belli.
Nè tradas me, Domine, à desiderio meo peccatori: * cogitaverunt contra me, nè derelinquas me: nè fortè exaltentur.
Caput circuitus eorum: * labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones; in ignem dejicies eos: * in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: * virum injustum mala capient in interitu.
Cognovi, quia faciet Dominus judicium inopis: * & vindictam pauperum.
Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: * & habitabunt recti cum vulto tuo.

Digitized by Google

Antiph. Ab hominibus iniquis, libera me, Domine.

Antiph. Custodi me. Psalmus 140.

DOmine, clamavi ad te, exaudi me: * intende voci meæ, cùm clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo: * & ostium circumstantiæ labiis meis.

Non declines cor meum in verba malitiæ: * ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: * & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: * oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: * absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea, quoniam potue-

Digitized by Google

tuerunt: * sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum; quia ad te, Domine, Domine, oculi mei: * in te speravi, non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: * & a scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retíaculo ejus peccatores: * singulariter sum ego, donec transeam.

Antiph. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

Antiph. Considerabam.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dominum clamavi: * voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam: * & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me spiritum meum: * & tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam: * abs-

Digitized by Google

conderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: * & non erat, qui cognosceret me.

Periit fuga à me: * & non est, qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Domine: * dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Intende ad deprecationem meam: * quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: * quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: * me expectant justi, donec retribuas mihi.

Antiph. Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me.

Dum Vesperæ à Conventu dicuntur, Prior cum Ministris in Presbyterio ad cornu Epistolæ, Vesperas suas dicendo, sedeat usquequo inchoanda fuerit Antiphona ad Magnificat. Interim, dum Vesperæ cantantur, Acolythi, vel Sacrista denudent

Digitized by Google

dent Altare; relicta una sola linea mappa super illud, quæ, etiam finita Missa, auferatur.

Dicta post ultimum Psalmum Antiphona, Prior surgat, & ad Altare accedens stet in cornu Epistolæ, & Cantore ei deferente, incipiat ad Magnificat Antiphonam Cœnantibus, quam in eodem loco stans prosequatur sinè nota cum Ministris voce mediocri, utì & Canticum Beatissimæ Virginis Mariæ. Lucæ 1.

MAgnificat: * anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus: * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * & sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in progenies: * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede: * & exaltavit humiles.

Digitized by Google

Esurientes implevit bonis: * & divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum: * recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad Patres nostros: * Abraham, & semini ejus in secula.
Antiph. Cœnantibus autem illis accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit: deditque discipulis suis.
Finita à Choro post Cant. Antiph. si Missam jam non absolverit, Prior conversus ad Populum, dicat Dominus vobiscum.
Deinde reversus ad librum, dicat more solito.
Oremus. Oratio.
REfecti vitalibus alimentis, quæsumus, Domine Deus noster: ut, quod tempore nostræ mortalitatis exequimur; immortalitatis tuæ munere consequamur. Per.
Post dicat iterum: Dominus vobiscum; & deinde dicatur: Ite, Missa est. Et data benedictione à Priore, dicatur Evangelium, In principio, more solito.

Digitized by Google

Si verò Vesperæ post Missam, vel privatim recitentur, dicatur Oratio Respice, & Pater noster.

POST PRANDIUM.

Ad Altaria abluenda.

POst comestionem utriusque mensæ, hora idonea, fiat signum cum Tabula ad Altaria abluenda. Quo audito, Prælatus præparet se ad hoc officium cum his Ministris, scilicet Diacono, & Subdiacono, & Ceroferariis, & aliis duobus Fratribus, quorum unus deferat situlam cum aqua, & alter scopam ex aliquibus ramis arborum, & linteum: & hi omnes induantur Albis, Priore, & Diacono habentibus Stolas, & Manipulos, & Subdiacono Manipulum. Quibus præparatis, fiat secundum signum, & tunc Fratres conveniant in Choro, & sic præcedentibus Ceroferariis, & subsequentibus post eos illis, qui aquam & scopam deferunt, deinde Subdiacono cum ampulla vinaria, & Diacono cum libello, quem tenere debet co-

Digitized by Google

ram Priore ad Orationes dicendas, Prælatus procedat ad majus Altare abluendum; cumque illuc pervenerit, Cantor voce mediocri (in qua totum hoc officium fieri debet) incipiat ℟. In monte Oliveti, cum suo ℣. & Conventus utrumque prosequatur, cum resumptione: quod etiam in cæteris ℟℟. cantandis ad hoc officium observetur. Dum cantatur ℟. primum, In monte, qui situlam defert, effundat aquam super magnam mensam Altaris, si consecrata fuerit, vel super mensam Altaris portatilis, si Altare non fuerit consecratum: quo facto Prior accipiens scopam, ea lavet Altare, deinde à Fratre deferente linteum extergatur; postmodum Prior scopam Fratri reddat, & accepta ampulla de manu Subdiaconi, in modum crucis vinum effundat super Altare. Finito Responsorio, Cantor incipiat Antiphonam de Sancto, vel Sanctis illis, in cujus, vel quorum memoriam Altare constructum est, & Conventus ipsam prose-

qua-

Digitized by Google

quatur: qua finita, Ceroferarii (Cantore eis deferente) dicant Versum de Sancto, vel de Sanctis illis, & Prior Orationem, ex libello, quem coram ipso tenebit Diaconus.

Deinde procedatur ad cætera Altaria, quæ sunt in Ecclesia. Et eodem modo fiat per singula Altaria, Cantore post terminationem Orationis, incipiente immediatè singula Responsoria, secundùm ordinem ipsorum, dum procedunt ad singula Altaria: deinde Antiphona de Sancto, vel Sanctis, & Versus, & Oratio, ut prædictum est, dicantur.

Cùm autem ad ultimum Altare procedendum fuerit, inchoetur ℟. Circumdederunt: Et si Altaria fuerint plura, quàm decem, dicto ℟. Revelabunt, resumantur de antedictis, prout necessè fuerit: & ad ultimum Altare ℟. Circumdederunt, reservetur.

Si verò pauciora fuerint Altaria, quam Responsoria: dictis Responsoriis, quæ necessaria fuerint, reliqua intermittantur, & ℟. Circumdederunt, ultimò cantetur. Ubi

Digitized by Google

Ubi aptitudo loci permiserit, præcedente Priore cum Ministris ad Altaria, Conventus cantando ℟℟. gregatim sequatur: & ad Altare, quod lavatur, seorsum ℟. cum Antiphona cantetur. Si verò non fuerit locus ad procedendum idoneus, Prælatus cum Ministris ad Altaria procedat, & quæ cantanda sunt à Conventu, in Choro cantentur.

℟. i. **In Monte Olivèti oravit ad Patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste; spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: * Fiat voluntas tua.**

℣. **Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Fiat.**

℟. ii. **Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hìc, & vigilate mecum; nunc videbitis turbam, quæ circùmdabit me: * Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis.**

℣. **Ecce appropinquat hora: & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos fugam.**

R. iii.

Digitized by Google

℟. iii. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem, aspectus ejus in eo non est; hic peccata nostra portavit, & pro nobis dolet; ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: * Cujus livore sanati sumus.
℣. Verè languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portavit. Cujus livore.
℟. iv. Amicus meus osculi me tradidit signo: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc malum fecit signum, qui per osculum adimplevit homicidium: * Infelix prætermisit pretium sanguinis: & in fine laqueo se suspendit.
℣. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem tradetur. Infelix.
℟. v. Unus ex vobis tradet me hodie; væ illi, per quem tradar ego: * Meliùs illi erat, si natus non fuisset.
℣. Qui intingit mecum manum in paropside: hic me traditurus est in ma-

manus peccatorum. Meliùs illi erat.

℟. vi. Eram quasi agnus innocens: ductus sum ad immolandum, & nesciebam; consilium fecerunt inimici mei adversùm me, dicentes: * Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium.

℣. Omnes inimici mei adversùm me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mandaverunt adversùm me, dicentes. Venite.

℟. vii. Una hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me? * Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, sed festinat tradere me Judæis?

℣. Dormite jam, & requiescite: ecce appropinquavit, qui me tradet. Vel Judam.

℟. viii. Seniores populi consilium fecerunt, * Ut Jesum dolo tenerent, & occiderent: cum gladiis, & fustibus exierunt, tamquam ad latronem.

℣. Collegerunt ergo pontifices, & Pharisæi concilium. Ut Jesum.

℟. ix. Revelabunt cæli iniquitatem Ju-

Digitized by Google

Judæ; & terra adversùs eum consurget, & manifestum erit peccatum illius in die furoris Domini: * Cum eis, qui dixerunt Domino Deo: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

℣. In diem perditionis servabitur: & ad diem ultionis ducetur. Cum.

℟. x. Circumdederunt me viri mendaces, sinè causa flagellis cæciderunt me: * Sed tu, Domine, defensor vindica me.

℣. Quoniam tribulatio proxima est: & non est qui adjuvet. Sed tu.

Sequentes Antiphonæ, ℣℣., atque Orationes in Altarium ablutione cantandæ sunt, & minimè sicuti collocatæ fuere, sed juxta Altarium dispositionem in quolibet Conventu: at si Conventus aliquis alia privata habebit Altaria, quæ hìc adnotata non sint, poterunt pro eis accipi de Communi Antiphonæ.

Ad Altare Majus dicatur Antiphona, & Oratio Titularis Ecclesiæ.

Ad

Digitized by Google

semper Virginis patrociniis confidentes, à cunctis hostibus redde securos. Per Christum.

Ad Altare SS. Angelorum.

Antiph. Archangeli Michaëlis interventione suffulti, te, Domine, deprecamur: ut, quos honore prosequimur, contingamus & mente.

℣. Adorate Deum.

℟. Omnes Angeli ejus.

Oremus. Oratio.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, ut, à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur; ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum.

Ad Altare S. Joannis Baptistæ.

Antiph. Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.

℣. Fuit homo missus à Deo.

℟. Cui nomen erat Joannes.

Oremus. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incedat; & beati Joannis Præcur-

Digitized by Google

cursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perveniat. Christum.

Ad Altare B. Dominici Patris Nostri.

Antiph. Pie Pater Dominice, tuorum memor operum: sta coram summo Judice, pro tuo cœtu pauperum.

℣. Ora pro nobis beate Pater Dominice.

℞. Ut digni &c.

Oremus. Oratio.

DEus, qui Ecclesiam tuam Beati Dominici Confessoris tui, Patris nostri illuminare dignatus es meritis, & doctrinis: concede, ut ejus intercessione temporalibus non destituatur auxiliis; & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Christum.

Ad Altare S. Petri Martyris.

Antiph. Petrus novus incola, Cælos laureatus ascendit, aureola triplici dotatus.

℣. Gloria, & honore coronasti eum, Domine.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ore-

Digitized by Google

Oremus. Oratio.

PRoesta, quæsumus, omnipotens Deus: ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur; qui pro ejusdem fidei dilatatione, martyrii palmam meruit obtinere. Per Christum.

Ad Altare S. Pii V.

Antiph. Pius instar facis seculum illuminat, ut in viam pacis pedes nostros dirigat.

℣. Ora pro nobis beate Pie.

℟. Ut digni efficiamur.

Oremus. Oratio.

DEus, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ hostes, & ad divinum cultum reparandum beatum Pium quintum Pontificem maximum eligere dignatus es, fac nos ipsius defendi psæsidiis, & ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per Christum.

Ad Altare S. Antonini Archiepiscopi Florentini.

Antiph. Beatus Antoninus ad præsu-

la-

Digitized by Google

latum quaſi ad cruciatum raptus, doctrina, & moribus gregem ſuum pavit.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. ℟. Stolam gloriæ.

Oremus. Oratio.

SAncti Antonini, Domine, Confeſſoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut ſicut te in illo mirabilem prædicamus; ita in nos miſericordem fuiſſe gloriemur. Per Chriſtum.

Ad Altare S. Thomæ de Aquino.

Antiph. O Thoma, laus, & gloria Prædicatorum Ordinis, nos transfer ad cælestia, profeſſor ſacri Numinis.

℣. Ora pro nobis beate Thoma.

℟. Ut digni &c.

Oremus. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Thomæ Confeſſoris tui, atque Doctoris mira eruditione clarificas, & ſancta operatione fœcundas: da nobis, quæſumus, & quæ docuit, intellectu conſpicere; & quæ egit, imitatione complere. Per Chriſtum.

Digitized by Google

Ad Altare S. [illegible] Confessoris.
Antiph. [illegible] nobis propitius in hujus vitæ [illegible], ut Christum nos [illegible].
℣. [illegible] eum Dominus, & ornavit eum. ℟. [illegible].

Oremus. Oratio.

DEus, qui gentium multitudinem, [illegible] beati Vincentii Confessoris tui prædicatione, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: præsta, quæsumus, ut quem venturum Judicem [illegible] in terris, præmiatorem habere mereamur in cælis. [illegible] Christum Dominum nostrum.

Ad Altare S. Hyacinthi Confessoris.
Antiph. Tuum, Domine, fac sentiamus auxilium, qui beati Hyacinthi deposcimus patrocinium.
℣. Ora pro nobis beate Hyacinthe.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

DEus, qui beatum Hyacinthum Confessorem tuum in diversis nationum populis, operum sanctitate,

te, & miraculorum gloria feciſti conſpicuum: da nobis; ut ejus in melius reformemur exemplis; & in adverſis protegamur auxiliis. Per Chriſtum.

Ad Altare S. Raymundi Confeſſoris.

Antiph. Piis Raymundi precibus educ nos, Domine, de domo ſervitutis peccati, in libertatem gloriæ filiorum tuorum.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit.

Oremus. Oratio.

DEus qui beatum Raymundum Pœnitentiæ ſacramenti inſignem miniſtrum elegiſti, & per maris undas mirabiliter traduxiſti: concede, ut ejus interceſſione, dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ ſalutis portum pervenire valeamus. Per Chriſtum.

Ad Altare S. Ludov. Bert. Confeſſ.

Antiph. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cùm te conſumptum putaveris, manè orieris ùt Lucifer.

℣. Ora pro nobis beate Ludovice. ℟. Ut digni.

Digitized by Google

Oremus. Oratio.

DEus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum, per corporis mortificationem, & fidei præconium, Sanctorum gloriæ coæquasti, præsta, ut quod fide profitemur, pietatis operibus jugiter impleamus. Per Christum.

Ad Altare S. Catharinæ Sen. Virg.

Antiph. Ad sedes regni faciat transire superni, virgo fovens meritis nos Catharina suis.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.

℟. Intende, prosperè procede, & regna.

Oremus. Oratio.

DEus, qui beatæ Catharinæ virginitatis, & patientiæ speciali privilegio decoratæ, malignantium spirituum certamina vincere, & in amore tui nominis inconcussè permanere tribuisti: concede, quæsumus; ut ejus imitatione calcata mundi nequitia, & omnium hostium superatis insidiis, ad tuam securè gloriam transeamus. Per Christum.

Ad

Digitized by Google

Ad Altare S. Roſæ Limen. Virginis.
Antiph. Roſa ſoror noſtra bene ſit nobis propter te, & vivat anima noſtra ob gratiam tui.
℣. Ora pro nobis beata Roſa.
℟. Ut digni. Oremus. Oratio.
BOnorum omnium largitor, omnipotens Deus, qui beatam Roſam cœleſtis gratiæ rore præventam, virginitatis, & patientiæ decore Indis floreſcere voluiſti: da nobis famulis tuis: ut in odorem ſuavitatis ejus currentes, Chriſti bonus odor effici mereamur. Per eumdem Chriſtum.
Ad Altare S. Agnetis de Monte Politiano Virginis.
Antiph. Tuam laudantes gloriam, Agnes beata, reſpice: cæleſtis Agni gratiam benigna nobis obtine.
℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.
Oremus. Oratio.
DEus, qui beatam Agnetem virginem tuam celeſti rore ſæpe perfundere, & orationis ejus loca di-

versis enatis floribus decorare dignatus es: concede propitius; ut ejus precibus perpetuo tuæ benedictionis rore conspersi, æternitatis fructus percipere mereamur. Per Christum.

Ad Altare S Catharinæ de Ricciis Virginis.

Antiph. Exultavit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, & indumento justitiæ, quasi Sponsam ornatam monilibus suis.

℣. Ora pro nobis beata Catharina.

℟. Ut digni &c.

Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui beatam Catharinam Virginem tui amore succensam, Passionis contemplatione clarescere voluisti; ejus intercessione concede, ut Passionis mysteria devotè recolentes, ejus fructum percipere mereamur. Qui vivis &c.

Ad Altare Omnium Sanctorum Ordinis nostri.

Antiph. Sanctos suos magnificavit Dominus in salutari suo: ecce enim ex hoc beatos illos dicent omnes generationes. ℣. Ora-

Digitized by Google

℣. Orate pro nobis Sáncti, & Sanctæ Dei. ℟. Ut digni &c.

Oremus. Oratio.

DEus, qui Prædicatorum Ordinem copiosa Sanctorum sobole fœcundare dignatus es, atque in ipsis heroica omnium virtutum merita sublimiter coronasti: da nobis illorum sequi vestigia, ut quos veneramur in terris, iis perpetua festivitate associemur in cælis. Per Christum.

Ad Altare S. Mariæ Magdalenæ.

Antiph. Intercede supplicans assiduè pro nobis Jesu Domino, Maria Magdalena.

℣. Optimam partem elegit sibi Maria.
℟. Quæ non auferetur ab ea.

Oremus. Oratio.

LArgire nobis, clementissime Pater: ut, sicut beata Maria Magdalena Dominum nostrum Jesum Christum super omnia diligendo, suorum obtinuit veniam peccatorum; ita nobis apud misericordiam tuam, sempiternam impetret beatitudinem. Per eumdem Christum.

Digitized by Google

Ad Altare unius, vel plur. Apost.

Antiph. **Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente: & accipietis Regnum æternum, dicit Dominus.**

℣. In omnem terram exivit sonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum. Oremus. Oratio.

PRotege, Domine, populum tuum: & Apostoli tui N. (vel Apostolorum tuorum N.N.) patrocinio (vel patrociniis) confidentem perpetua defensione conserva. Per Christum.

Ad Altare unius Martyris.

Antiph. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.

℣. Gloria, & honore coronasti eum, Domine. ℟. Et constituisti.

Oremus. Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qni gloriosos Martyres fortes in sua confessione cognovimus; pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Christum.

Ad

Digitized by Google

Ad Altare unius Confeſſoris.

Antiph. Similabo eum viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amavit eum Dominus, & ornavit eum. ℟. Stolam.

Oremus. Oratio.

EXaudi, Domine, preces noſtras: & interveniente beato N. Confeſſore tuo, (atque Pontifice, ſi fuerit Pontifex) ſupplicationes noſtras placatus intende. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Oratio pro Doctore.

DEus qui populo tuo æternæ ſalutis beatum N. miniſtrum tribuiſti: præſta, quæſumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cælis. Per Chriſtum.

Ad Altare unius Virginis.

Antiph. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum; quia concupivit Rex ſpeciem tuam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.
℟. Propterea &c.

Digitized by Google

Si fuerit Virgo & Mart.

Oratio.

INdulgentiam nobis, quæsumus Domine, beata N. Virgo, & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Christum.

Si fuerit Virgo tantùm. Oratio.

EXaudi nos, Deus salutaris noster, ut, sicut de beatæ N. Virginis tuæ commemoratione gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Christum.

Si fuerit Vidua. Oratio.

TUorum corda Fidelium, Deus miserator, illustra: & beatæ N. precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despicere, & cælesti semper consolatione gaudere. Per Christum.

AD MANDATUM
PERAGENDUM.

FInita Altarium ablutione, Conventu in Choro residente, Prælatus,

latus, & Ministri in Sacristiam revertentes, depositis sacris vestibus redeant ad Chorum: deinde vadant omnes ad Capitulum, Priore more solito præcedente, ubi fiat brevis sermo; quo finito, Prælatus cum Adjutoribus sibi deputatis vadat in Sacristiam, & Fratres interim ad ablutionem pedum se præparent, providentes nè aliquid in eis tunc appareat, quod in oculis sæcularium, cùm ibidem convenerint, reprehensibile videatur. Procuratoris verò erit providere, quòd aqua, & vasa necessaria ad mandatum cum sufficientibus mappis, sive linteis, hòra competenti sint præparata, utì & de Fratribus Conversis, qui aquam, & vasa Prælato, & Coadjutoribus ejus ministrent. Prior verò induens Camisiam decentem, non notabiliter brevem, præcingat se linteô à Sacrista præparato, idemque faciant Coadjutores ejus juxta loci consuetudinem: & sic veniant ad locum Capituli omnes habentes caputiis capita cooperta. Cumque

Digitized by Google

ad medium Capituli pervenerint, stans Prior inter Coadjutores verso vultu ad Crucifixum, dicat humili voce hanc Orationem.

ACtiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum &c.

Qua Oratione terminata, Cantor incipiat Antiph. sequentem: **Dominus Jesus**, & versum, **Deus misereatur nostri**. Et Conventus prosequatur quæ cantanda sunt, Cantore semper incipiente Antiphonas, & Versus.

Et tunc Prælatus flexis genibus incipiat lavare pedes Fratrum à superioribus, ad inferiores incedens, & primò in dexterò Choro, utrosque pedes Fratrum abluendo, uno Coadjutorum ipsum præcedente, & supponente, & coaptante pelvim pedibus Fratris abluendis, & altero subsequente, & aquam cum aliquo vase idoneo superinfundente. Prior verò

pe-

Digitized by Google

pedes lotos abstergat linteô, quo est præcinctus, & postmodum osculetur. Ablutio autem pedum, cùm necesse fuerit, projiciatur in vas aliquod ad hoc præparatum ibidem. Hæc autem, quæ leguntûr in hoc officio, cantanda sunt. Antiphona.

DOminus Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, lavit pedes eorum, & ait illis: Scitis, quid fecerim vobis ego Dominus, & Magister? Exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

℣. **Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Dominus Jesus. Repetitur.**

Antiph. **Postquam surrexit Dominus à cœna, misit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum: hoc exemplum reliquit eis.**

℣. **Audite hæc omnes gentes: auribus percipite, qui habitatis orbem. Postquam.**

Antiph. **Si ego Dominus, & Magister vester lavi vobis pedes: quantò magis**

Digitized by Google

vos debetis alter alterius lavare pedes.
℣. Exemplum enim dedi vobis : ut & vos ita faciatis. Si ego.
Antiph. Vos vocatis me Magister, & Domine; & bene dicitis : sum etenim. Si ego lavi pedes vestros Dominus, & Magister : & vos debetis alter alterius lavare pedes.
℣. Dixit Jesus discipulis suis. Vos vocatis.
Antiph. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos : dicit Dominus.
℣. Beati immaculati in via : qui ambulant in lege Domini. Mandatum novum.
Antiph. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli : si dilectionem habueritis ad invicem.
℣. Pacem meam do vobis : pacem relinquo vobis. In hoc.
Antiph. In diebus illis mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ùt cognovit, quòd Jesus accubuisset in domo Simonis leprosi; attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes
Do-
Digitized by Google

Domini Jesu, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat: & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.

℣. Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. In diebus illis.

Antiph. Maria ergo unxit pedes Jesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti.

℣. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Maria ergo.

Antiph. Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

℣. Domine non tantùm pedes meos: sed & manus, & caput. Domine, tu.

Antiph. Diligamus nos invicem: quia charitas ex Deo est, & qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est, & videt Deum.

℣. Et hoc mandatum habemus à Deo: ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Diligamus.

Antiph. Ubi est charitas, & dilectio,

ibi

Digitized by Google

ibi Sanctorum est congregatio: ibi nec ira est, nec indignatio, sed firma charitas in perpetuum.

℣. Christus descendit mundum redimere, ut liberaret a morte hominem: exemplum præbuit suis discipulis, ut invicem pedes lavarent. Ubi est.

Antiph. Congregavit nos in unum Christi amor; timeamus, & amemus Christum Deum: ubi charitas, & amor, ibi Deus.

℣. Ecce quàm bonum, & quàm jucundum: habitare fratres in unum. Congregavit nos.

Antiph. Maneant in nobis Fides, Spes, Charitas, tria hæc: Major autem horum est Charitas.

℣. Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc. Maneant.

Cantatis omnibus suprapositis Antiphonis, & Versibus, si ablutio finita non fuerit, repetantur Antiphonæ, & Versus prout necesse fuerit. Si autem antè finiatur lotió, quàm cantata sint omnia, nihilominus cantentur.

Post-

Digitized by Google

Poſtquam autem Prælatus pedes omnium laverit, aquam det ſingulis ad abluendas ſibi manus, eo ordine, quo pedes lavit, altero Coadjutorum ipſum præcedente, & pelvim ad ablutionem recipiendam tenente, & altero ſubſequente, & tenente manutergium (à Sacriſta præparatum) ad extergendas manus. Quo facto Prælatus in loco ſuo reſideat, & Coadjutores ejus, qui Sacerdotes fuerint, juxta eum hinc, & inde. Alii verò Miniſtri ſeorſum in aliquo loco idoneo ex parte juniorum ſedeant. Et tunc Supprior indutus Camiſia in Sacriſtia, & præcinctus linteo, cum Coadjutoribus ſuis, ut de Priore dictum eſt, pedes Prioris, & Coadjutorum ejus lavet, & ipſis lotis aquam manibus eorum det ſupradictô modo: Expletis verò prædictis omnibus, Prælatus in loco ſuo ſtans, dicat humili voce Orationem ſequentem ſinè Oremus.

ADeſto, Domine, noſtræ officio ſervitutis: & quia tu pedes lavare dignatus es tuis diſcipulis, nè de-

despicias opera manuum tuarum, quæ nobis retinenda mandasti; sed præsta, ut, sicut hæc exteriora abluuntur inquinamenta: sic à te omnium nostrum interiora laventur peccata. Qui vivis.

Et sic mandatum terminatur, quo facto, Prior, & Supprior cum Coadjutoribus in Sacristiam, ad deponendum Camisias, & linteos, redeuntes, resumptis vestibus, revertantur ad Capitulum, in quo Fratres remanserunt sedentes. Ubi verò multitudo Fratrum tanta fuerit, ut Prior non possit totum mandatum peragere: Supprior cum aliis duobus Coadjutoribus deputatis, vel plures, si necesse fuerit, ad illud cum Priore perficiendum se præparent.

DE SERMONE DOMINICO.

INterim, dum Mandatum lotionis pedum peragitur, Diaconus, qui sermonem Dominicum est lecturus, cum

Digitized by Google

cum Subdiacono, & Ceroferariis, & Thuriferario, postquam pedes eorum abluti fuerint, & manus, vadant ad Sacristiam, ibique sacris vestibus coloris albi, prout in magnis solemnitatibus fieri solet, induti, finito Mandato, & regresso Priore ad Capitulum, veniat Diaconus cum aliis Ministris ad illud, eo modo, quo itur ad cantandum Evangelium in solemnitatibus, sinè Cruce tamen. Cumque in Capitulum venerint, Thuriferarius thus offerat Priori ad benedicendum, & benedictum ab ipso, in thuribulum ponat.

Deinde Diaconus, accepta benedictione à Priore, stans verso vultu ad Aquilonem, si Capitulum fuerit ad Orientem, vel ad Occidentem situm, alias verso vultu ad Crucifixum Capituli, dicat tono cantus Evangelii Dominus vobiscum: & stantibus Fratribus, versa facie ad Evangelium, ac respondentibus: Et cum spiritu tuo, & ad Gloria tibi Domine, se signantibus, legat solemniter Evangelium

Ante

Ante diem festum Paschæ, Subdiacono, & Ceroferariis, & Thuriferario ordinatis, sicut ad alia Evangelia ordinari solent.

Sequentia sancti Evangelii secundùm Joannem. Cap. 13.

ANte diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cùm diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ: sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit; surgit à Cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei. Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus:

Non

Digitized by Google

Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem meçum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Finito evangelio, & remoto prius pulvinari, à Sacrista reportando, Diaconus ex integro prosequatur Sermonem Dominicum, in Tono

le-

lectionis, stans versus Crucifixum; quamdiu fuerit in Capitulo, & cæteris Fratribus sedentibus ordine suo, Subdiaconus vero, & Ceroferarii, ac Thuriferarius, depositis candelabris, hinc, & inde ante pulpitum, in quo legitur, & thuribulo in medio, post Diaconum sedeant in sede aliqua, vel scamno ibi à Sacrista præparato, & panno decente cooperto.

Amen, amen dico vobis: Non est servus major Domino suo, neque Apostolus major est eo, qui misit illum. Si hæc scitis; beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico; ego scio, quos elegerim: sed ut adimpleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis, priusquam fiat: ut, cùm factum fuerit, credatis, quia ego sum. Amen, amen dico vobis: Qui accipit, si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit. Cùm hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, & protestatus est,

& di-

Digitized by Google

& dixit: Amen, amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei: Quis est, de quo dicit? Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Jesus: ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introivit in eum satanas. Et dixit ei Jesus: quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quòd dixisset ei Jesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis, ut aliquid daret. Cùm ergo accepisset ille buccellam, exivit continuò. Erat autem nox. Cùm ergo exiisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clari-

rificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me; &, sicut dixi Judæis, quò ego vado, vos non potestis venire; & vobis dico modò. Mandatum novum do vobis; ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Jesus: Quo ego vado, non potes me modò sequi: sequéris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò? Animam meam pro te ponam. Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges. (cap. 14.) Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minùs dixis-

sem

sem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparavero vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad meipsum: ut, ubi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus, quò vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem; & sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alio-

Digitized by Google

quin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomino meo, hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem dili-

Digitized by Google

diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Jesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Pa-

Digitized by Google

trem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis, priusquam fiat: ut, cùm factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

Dicto Surgite, eamus hinc: surgant omnes: & præcedentibus Diacono, & Ministris ordine supradicto, vadat post eos Conventus ad Chorum, junioribus præcedentibus. Ubi collocatis ante pulpitum (à Sacrista præparatum) candelabris, & thuribulo, sicut fuerant in Capitulo, sedente Subdiacono cum ministris post Diaconum in aliqua sede præparata à Sacrista: Diaconus stans ad pulpitum, cæteris Fratribus sedentibus in locis suis, prosequatur ùt priùs, quæ de Sermone Dominico restant.

Cap. 15.

EGo sum vitis vera: & Pater meus agricola est. Omnem palmitem

in

in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plùs afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sinè me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petètis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis: & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcep-

Digitized by Google

ta servavi, & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis: ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit, quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut, quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis: ut diligatis invicem. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus, quod súum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo; propterea odit vos mundus. Memen-

mentote sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecnm estis. (cap. 16.) Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Abs-

que sinagogis facient vos; sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo: & hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis: ut, cùm venerit hora eorum, reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: axpedit vobis, ut ego vadam; si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me; de justitia verò, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: de judicio autem quia princeps hujus mundi jam judicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed

non

Digitized by Google

non poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à semetipso: ſed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Modicum, & jam non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit: Modicum? Neſcimus, quid loquitur. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me; Amen, amen dico vobis: Quia plorabitis, & flebitis vos, mun-

Digitized by Google

dus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier, cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus; cùm autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis; iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modò non petistis quidquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora, cùm jam non in proverbiis loquar vobis: sed palam de Patre annunciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis; & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia

ego

Digitized by Google

ego à Deo exivi. Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis; nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo existi. Respondit eis Jesus: Modò creditis? Ecce venit hora, & jam venit; ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. (cap. 17.) Hæc locutus est Jesus: & sublevatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te clarifi-

cavi super terram; opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt; quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè, quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui suut; & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo; & hi in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos. Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi; & nemo ex eis periit,
nisi

Digitized by Google

nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo: sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo: sed ut serves eos à malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: & sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater im me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum;

Digitized by Google

& cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, mundus te non cognovit; Ego autem te cognovi: & hi cognoverùnt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Finito Sermone sinè Tu autem, Prælato signum faciente, surgant omnes, & dicente Priore ℣. Adjutorium nostrum, &c. & Conventu ℟. Qui fecit &c. tunc Diaconus, & Ministri accipientes, quæ ad ipsos pertinent, eo ordine, quo venerunt, ad Sacristiam revertantur. Chorus autem dicat Completorium, si competens hora fuerit: aliòquin facto aliquo temporis intervallo, hora idonea cantetur.

Digitized by Google

Non dic. Jube Domne, nec Lectio Fratres sobrii, nec Converte nos, nec Deus in adjutorium, nec Capitulum, nec ℟., nec Hymnus, nec ℣. sed dicto Pater noster, inchoetur Antiphona. Christus.

Psalmus 4.

CUm invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ; & sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vul-

tus

Digitized by Google

tus tui, Domine: * dediſti lætitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei ſui: * multiplicati ſunt.
In pace in idipſum: * dormiam, & requieſcam.
Quoniam tu, Domine, ſingulariter in ſpe: * conſtituiſti me.

Pſalmus 30.

IN te, Domine, ſperavi, non confundar in æternum: * in juſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: * accelera, ut eruas me.
Eſto mihi in Deum protectorem; & in domum refugii: * ut ſalvum me facias.
Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: * & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: * quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo ſpiritum meum: * redemiſti me, Domine, Deus veritatis.

Pſal-

Digitized by Google

Psalmus 90.

QUi habitat in adjutorio Altissimi: * in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: * Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: * & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: * & sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: * non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die; à negotio perambulante in tenebris: * ab incursu, & dœmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille; & decem millia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es, Domine, spes mea: * altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagel-

Digitized by Google

gellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam Angelis suis mandavit de te: * ut custodiant te in omnibus viis tuis.
In manibus portabunt te: * nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem, & basiliscum ambulabis: * & conculcabis leonem, & draconem.
Quoniam in me speravit, liberabo eum: * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.
Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione: * eripiam eum, & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: * & ostendam illi salutare meum.

Psalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum: * omnes servi Domini.
Qui statis in domo Domini: * in atriis domus Dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: * & benedicite Dominum.
Benedicat te Dominus ex Sion: * qui fecit coelum, & terram. Can-

Digitized by Google

Canticum Simeonis Prophetæ.
Lucæ 2.

NUnc dimittis servum tuum, Domine: * secundùm verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: * salutare tuum.

Quod parasti: * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: * & gloriam plebis tuæ Israel.

Antiph. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

Oratio.

REspice, quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum.

Postea dic. Pater noster, & Credo:

Hac die, & sequenti, Antiphona Salve Regina, in Completorio omittitur; nec benedictio detur, nec Aspersio aquæ benedictæ fiat.

FE-

Digitized by Google

FERIA SEXTA

In Parasceve

AD MATUTINUM.

Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster, & Credo, surgant: & postquam signaverint se, incipiatur.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. Astiterunt. Psalmus 2.

QUare fremuerunt gentes: * & populi meditati sunt inania?

Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum: * adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorum: * & projiciamus a nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cœlis irridebit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Po-

Digitized by Google

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam:*& possessionem tuam terminos terræ.
Reges eos in virga ferrea: * & tamquam vas figuli confringes eos.
Et nunc Reges intelligite: * erudimini, qui judicatis terram.
Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam, nè quando irascatur Dominus: * & pereatis de via justa.
Cùm exarserit iu brevi ira ejus: * beati omnes, qui confidunt in eo.
Antiph. Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum: adversùs Dominum, & adversùs Christum ejus.
Antiph. Diviserunt. Psalmus 21.
DEus, Deus meus, reſpice in me, quare me dereliquisti? * longe à salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies: * & nocte, & non ad insipientiam mihi.
Tu autem in sancto habitas: * laus Iſraël. In

Digitized by Google

In te speraverunt patres nostri : * speraverunt, & liberasti eos.
Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: * in te speraverunt, & non sunt confusi.
Ego autem sum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.
Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, & moverunt caput.
Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus matris meæ.
In te projectus sum ex utero; de ventre matris meæ Deus meus es tu: * nè discesseris à me.
Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est, qui adjuvet.
Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum: * sicut leo rapiens, & rugiens.
Sicut aqua effusus sum: * & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera li-

Digitized by Google

liquescens: * in medio ventris mei.
Aruit tamquam testa virtus mea; & lingua mea adhæsit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxisti me.
Quoniam circumdederunt me canes multi.: * concilium malignantium obsedit me.
Foderunt manus meas, & pedes meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.
Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me: * diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem, Domine, nè elongaveris auxilium tuum à me:* ad defensionem meam conspice.
Erue à framea, Deus, animam meam: * & de manu canis unicam meam.
Salva me ex ore leonis: * & à cornibus unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: * in medio Ecclesiæ laudabo te.
Qui timetis Dominum, laudate eum:* universum semen Jacob glorificate eum.
Ti-

Digitized by Google

Timeat eum omne semen Israël: * quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.
Nec avertit faciem suam à me: * & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.
Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes, & saturabuntur; & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: * vivent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur, & convertentur ad Dominum: * universi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu ejus: * universæ familiæ gentium.
Quoniam Domini est regnum: * & ipse dominabitur gentium.
Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ: * in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram.
Et anima mea illi vivet: * & semem meum serviet ipsi.
Annunciabitur Domino generatio ven-
Digitized by Google

ventura: * & annunciabunt cœli juſtitiam ejus populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Antiph. Diviſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Antiph. Inſurrexerunt. Pſalmus 26.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: * à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes: * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: * ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant adverſùm me caſtra: * non timebit cor meum.

Si exurgat adverſùm me prælium: * in hoc ego ſperabo.

Unam petii à Domino, hanc requiram: * ut in habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini: * & viſitem templum ejus.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: * in die malorum potexit me

in

in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.
Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis: * cantabo, & psalmum dicam Domino.
Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: * faciem tuam, Domine, requiram.
Nè avertas faciem tuam à me: * nè declines in ira à servo tuo.
Adjutor meus esto: * nè derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi, Domine, in via tua: * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.
Nè tradideris me in animas tribulantium me: * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Cre-

Digitized by Google

Credo videre bona Domini: * in terra viventium.
Exspecta Dominum, viriliter age: * & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.
Antiph. Insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.
℣. Diviserunt sibi vestimenta mea.
℟. Et super vestem meam miserunt sortem.

De Lamentatione Jeremiæ Prophetæ. Thren. 2.

Lectio prima. Aleph.

QUomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion; projecit de cælo in terram inclytam Israël: & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

Beth. Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob; destruxit in furore suo munitiones virginis Juda: & dejecit in terram: polluit regnum, & Principes ejus.

Ghimel. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israël; avertit retror-

Digitized by Google

sum dexteram suàm à facie inimici: & succendit in Jacob, quasi ignem flammæ devorantis in gyro.
Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.
℞. Omnes amici mei dereliquerunt me, & prævaluerunt insidiantes mihi; tradidit me, quem diligebam, & terribilibus oculis plaga crudeli percutientes: * Aceto potabant me.
℣. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea. Aceto.

Lectio secunda Daleth.

TEtendit arcum suum quasi inimicus, firmavit daxteram suam, quasi hostis; & occìdit omne, quod pulchrum erat visu, in tabernaculo filiæ Sion: effudit quasi ignem indignationem suam.
He. Factus est Dominus, velut inimicus; præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia ejus, dissipàvit munitiones ejus, & replèvit in filia Juda humiliatum, & humiliatam.
Vau. Et dissipàvit, quasi hortum, tentorium suum: demolìtus est taber-

Digitized by Google

bernaculum suum; oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem, & Sabbatum: & in opprobrium, & in indignationem furoris sui Regem, & Sacerdotem. Jerusalem, Jerusalem.

℟. Velum Templi scissum est, & omnis terra tremuit: latro de cruce clamabat dicens: * Memento mei, Domine, dum veneris in Regnum tuum.

℣. Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso. Memento.

Lectio tertia. Zain.

REpulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ; tradidit in manu inimici muros turrium ejus: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

Heth. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion; tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

Teth. Defixæ sunt in terra portæ ejus; perdidit, & contrivit vectes ejus, Regem ejus, & Principes ejus in gentibus: non est lex; & prophetæ ejus

Digitized by Google

non invenerunt visionem à Domino.
Jerusalem, Jerusalem.
℟. Vinea mea electa, ego te plantavi: * Quomodo conversa es in amaritudinem, ut me crucifigeres, & Barabbam dimitteres?
℣. Ego quidem plantavi te, vineam meam electam, omne semen verum. Quomodo. ℟. Vinea.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. Vim faciebant. Psalmus 37.

DOmine, nè in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: * & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: * & sicut onus grave, gravatæ sunt super me.
Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: * à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum, & curvatus sum us-

usque in finem :* tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : * & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, & humiliatus sum nimis : * rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum : * & gemitus meus, à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : * & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
Amici mei, & proximi mei : * adversum me appropinquaverunt, & steterunt.
Et qui juxta me erant, de longè steterunt : * & vim faciebant, qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : * & dolos tota die meditabantur.
Ego autem, tamquam surdus non audiebam : * & sicut mutus non aperiens os suum.

Digitized by Google

Et factus sum sicut homo non audiens: * & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te, Domine, speravi: * tu exaudies me, Domine Deus meus.
Quia dixi: nè quando supergaudeant mihi inimici mei: * & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: * & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: * & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vivunt; & confirmati sunt super me: * & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: * quoniam sequebar bonitatem.
Nè derelinquas me, Domine Deus meus: * nè discesseris à me.
Intende in adjutorium meum: * Domine Deus salutis meæ.
Antiph. Vim faciebant, qui quærebant animam meam.

An-

Digitized by Google

Antiph. Confundantur . . Psalmus 39.

EXpectans expectavi Dominum : * & intendit mihi .

Et exaudivit preces meas : * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis .

Et statuit super petram pedes meos:* & direxit gressus meos .

Et immisit in os meum canticum novum : * carmen Deo nostro .

Videbunt multi, & timebunt : * & sperabunt in Domino .

Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus : * & non respexit in vanitates, & insanias falsas .

Multa fecisti tu , Domine Deus meus, mirabilia tua : * & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi .

Annunciavi, & locutus sum : * multiplicati sunt super numerum .

Sacrificium, & oblationem noluisti : * aures autem perficisti mihi .

Holocaustum , & pro peccato non postulasti : * tunc dixi : Ecce venio .

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei .

Digitized by Google

Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia magna: * ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
Justitiam tuam non abscondi in corde meo: * veritatem tuam, & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam: * à concilio multo.
Tu autem, Domine, nè longè facias miserationes tuas à me: * misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me malà, quorum non est numerus: * comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: * & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi, Domine, ut eruas me: * Domine, ad adjuvandum me respice.
Confundantur, & revereantur simul, qui quærunt animam meam: * ut auferant eam.

Con-

Digitized by Google

Convertantur retrorsum, & revereantur: * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur super te, omnes quærentes te: * & dicant semper; Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, & protector meus tu es: * Deus meus, nè tardaveris.

Antiph. Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Antiph. Alieni. Psalmus 53.

DEus, in nomine tuo salvum me fac: * & in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsierunt animam meam: * & non proposuerunt Deum, ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Digitized by Google

Annun
sia ma
hibebo
Justitia
de meo
tare tuu
Non ab
& verit
multo.
Tu aute
miseratio
dia tua,
perunt m
Quoniam
quorum n
prehender
non potui,
Multiplica
pitis mei:
me.
Complacea
me: * Don
respice.
Confundant
mul, qui qu
ut auferant

Digitized by Google

bentis objecit, ut per eum ageretur omnium causa, in quo solo erat omnium natura sinè culpa. Irruerunt ergo in lumen filii tenebrarum: & utentes faculis, & laternis, non evaserunt infidelitatis suæ noctem. Occupant volentem teneri, & trahùnt volentem trahi. Quòd si vellet obniti, nihil impiæ manus possent; sed mundi redemptio differretur: & nullum salvaret illæsus, qui pro omnium erat salute moriturus.

℟. Tamquam ad latronem existis cum gladiis comprehendere me: quotidie apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis, & ecce flagellatum ducitis. * Ad crucifigendum.
℣. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo; væ autem homini illi, per quem tradetur. Ad.

Lectio v.

IGitur ad Annam, Caiphæ socerum, deinde ad Caipham perducitur: & post insanas calumniantium voces, ad audientiam Pilati transfertur. Qui divino jure neglecto, tamquam Ro-

Digitized by Google

manis devoti legibus, expetierunt executorem magis sævitiæ, quàm arbitrum causæ. Offerebant enim Jesum duris nexibus vinctum; colaphis, & alapis frequentibus cæsum, sputis oblitum, clamoribus prædamnatum: ut inter tot præjudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus absolvere. Denique nec in accusato reo reperisse se culpam, nec in sententia sua tenuisse constantiam, docet judex: cùm innocentem pronunciat. Sed cùm vellet eum absolvi, conclamavèrunt: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se Regem facit: contradicit Cæsari. Imprudenter Pilate timuisti. Sed formidabile fuerit nomen regium, si dominandi consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus: si provisio armorum, si congregatio divitiarum, si præsidia detecta sunt militum.

℟. Tenebræ factæ sunt, dum crucifixerunt Jesum Judæi; & circa horam nonam, exclamavit Jesus voce magna:

Digitized by Google

gna: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? * Et inclinato capite, emisit spiritum.

℣. Cùm ergo accepisset acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato.

Lectio vi.

QUid eum gravari sinis, ò Pilate, de affectata potentia, cujus specialis fuit de humilitate doctrina? Romanis legibus non contradixit; censum subiit, didragma solvit, vectigalia non inhibuit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda constituit, paupertatem elegit, obedientiam suasit, mansuetudinem prædicavit. Hoc est verè non impugnare Cæsarem, sed juvare. Verumtamen nè in totum inanis videatur Judæorum objéctio; discute diligentiùs Præses; quid de Domini Jesu operibus notum sit: quid de potestate compertum. Cœcis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis donavit eloquium. Febres abegit, dolores resolvit, dœmonia ejecit, mortuos vivificavit. Hanc ergo Judæi

obji-

objiciant potestatem: & hoc proferant ore, quod tenent corde. Quare de terrenis calumniantur, qui cælestia persequuntur.

℟. Barabbas latro dimittitur, & innocens Christus occiditur, nam & Judas armis doctus sceleris, qui per pacem didicit facere bellum: * Osculando tradidit Dominum Jesum Christum.

℣. Ecce turba, & qui vocabatur Judas, venit: & dum appropinquaret ad Jesum. Osculando.

℟. Barabbas.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Ab insurgentibus.

Psalmus 58.

ERipe me de inimicis meis, Deus meus: * & ab insurgentibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: * & de viris sanguinum salva me.

Quia ecce cœperunt animam meam: * irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: * sinè iniquitate cucurri, & direxi. Exur-

Exurge in occurſum meum, & vide: * & tu, Domine Deus virtutum, Deus Israël.
Intende ad viſitandas omnes gentes: * non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.
Convertentur ad vesperam, & famem patientur ùt canes: * & circuibunt civitatem.
Ecce loquentur in ore suo; & gladius in labiis eorum: * quoniam quis audivit?
Et-tu, Domine, deridebis eos: * ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam; quia Deus susceptor meus es: * Deus meus, misericordia ejus præveniet me.
Deus oſtendet mihi super inimicos meos, nè occidas eos: * nè quando obliviscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: * & depone eos protector meus, Domine.
Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: * & comprehendantur in superbia sua.

Et

Digitized by Google

Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione: * in ira consummationis, & non erunt.
Et scient, quia Deus dominabitur Jacob; * & finium terræ.
Convertentur ad vesperam, & famem patientur ùt canes: * & circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: * si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam: * & exaltabo manè misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus: * & refugium meum, in die tribulationis meæ.
Adjutor meus tibi psallam; quia Deus susceptor meus es: * Deus meus misericordia mea.
Antiph. Ab insurgentibus in me libera me, Domine: quia occupaverunt animam meam.
Antiph. Longè fecisti. Psalmus 87.
DOmine, Deus salutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.
In-
Digitized by Google

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum:* factus sum sicut homo sinè adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es memor ampliùs: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebrosis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro mi-

Digitized by Google

misericordiam tuam: * & veritatem tuam in perditione?
Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: * & justitia tua in terra oblivionis?
Et ego ad te, Domine, clamavi: * & manè oratio mea præveniet te.
Ut quid, Domine, repellis orationem meam: * avertis faciem tuam à me?
Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.
In me transierunt iræ tuæ: * & terrores tui conturbaverunt me.
Circumdederunt me sicut aquà tota die: * circumdederunt me simul.
Elongasti à me amicum, & proximum: * & notos meos à miseria.
Antiph. Longè fecisti notos meos à me: traditus sum, & non egrediebar.
Antiph. Captabunt. Psalmus 93.
DEus ultionum Dominus: * Deus ultionum liberè egit.
Exaltare, qui judicas terram: * redde retributionem superbis.
Usquequò peccatores, Domine: *
usque-

usquequò peccatores gloriabuntur?
Effabuntur, & loquentur iniquitatem: * loquentur omnes, qui operantur injustitiam?
Populum tuum, Domine, humiliaverunt: * & hæreditatem tuam vexaverunt.
Viduam, & advenam interfecerunt: * & pupillos occiderunt.
Et dixerunt: Non videbit Dominus: * nec intelliget Deus Jacob.
Intelligite insipientes in populo: * & stulti aliquando sapite.
Qui plantavit aurem, non audiet: * aut qui finxit oculum, non considerat?
Qui corripit gentes, non arguet: * qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum: * quoniam vanæ sunt.
Beatus homo, quem tu erudieris, Domine: * & de lege tua docueris eum.
Ut mitiges ei à diebus malis: * donec fodiatur peccatori fovea.
Quia non repellet Dominus plebem suam: * & hæreditatem suam non derelinquet.

Quo-

Digitized by Google

Quoadusque justitia convertatur in judicium: * & qui juxta illam, omnes, qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversùs malignantes? * aut quis stabit mecum adversùs operantes iniquitatem?

Nisi quia Dominus adjuvit me: * paulominus habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam: Motus est pes meus: * misericordia tua, Domine, adjuvabat me.

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: * consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: * qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam justi: * & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dominus in refugium: * & Deus meus in adjutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum; & in malitia eorum disperdet eos: *

dis-

Digitized by Google

disperdet illos Dominus Deus noster.
Ant. Captabunt in animam justi: & sangninem innocentem condemnabunt.
℣. Locuti sunt adversum me lingua dolosa.
℟. Et sermonibus odii cicumdederunt me.

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Serm 8. de Passione.

Lectio vii.

EXcessit quidem Pilati culpam, facinus Judæorum: qui illum nomine Cæsaris territum, ad effectum sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse evasit reatum: qui reliquit judicium proprium, & in crimen transivit alienum. Quòd ergo Pilatus, Jesum dehonestari ludibriis, vexari permisit injuriis; quòdque eum flagellis cæsum, spinis coronatum, & amictu irrisoriæ vestis indutum, persequentium aspectui ostentavit, mitigandos inimicorum animos existimavit: ut exsaturatis odiis, non ultra jam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Sed cùm

inar-

inardesceret ira clamantium : obtinuerunt in damnationem suam, quod pertinaciter exigebant. Traditus itaque Dominus sævientium voluntati, ad irrisionem regiæ dignitatis, suplicii sui, jussus est, esse gestator, ut impleretur illud : Cujus imperium super humerum ejus. Quia pulchra specie triumphi sui portabat trophæum, & signum salutare, adorandum regnis omnibus, inferebat.

℟. Tradiderunt me in manus impiorum, & inter iniquos projecerunt me, & non pepercerunt animæ meæ; congregati sunt adversùs me fortes: * Et sicut gigantes steterunt contra me.
℣. Astiterunt Reges terræ: & Principes convenerunt in unum. Et sicut.

Lectio viii.

EUntibus autem cum Jesu turbis; Simon quidam Cyrenæus inventus est, in quem lignum supplicii transfertur à Domino: ut tali facto præsignaretur gentium fides, quibus Crux Christi, non confusio erat futura, sed gloria. Non autem in templo,

Digitized by Google

plo, nec intra septa civitatis, sed extra castra crucifixus est; ut veterum victimarum cessante mysterio, nova hostia, novo imponeretur altari: & Crux Christi non templi esset ara, sed mundi. Exaltato igitur dilectissimi, per Crucem Christo, non illa tantùm species aspectui mentis occurrat, quæ fuit in oculis impiorum, quibus per Moysem dictum est: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die, ac nocte, & non credes vitæ tuæ; sed intellectus noster gloriam Crucis, cælo, terràque radiantem, puro corde suscipiat, & videat, quod Dominus dixit: Nunc judicium mundi est, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

℟. Jesum tradidit impius summis Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi: Petrus autem sequebatur à longè: * Ut videret finem.

℣. Et ingressus est Petrus atrium Principis Sacerdotum. Ut videret.

Digitized by Google

Lectio ix.

O Admirabilis potentia Crucis, ò ineffabilis gloria Passionis: in qua & tribùnal Domini, & judicium mundi, & potestas est Crucifixi! Traxisti enim, Domine, omnia ad te: cum confitendæ majestatis tuæ sensum totus mundus accèpit. Traxisti, Domine, omnia ad te: cùm in execrationem Judaici sceleris unam protulerunt omnia elementa sententiam; cùm obscuratis luminaribus cæli, & terra quoque motibus quateretur insolitis; univèrsaque creatura impiorum se usui denegaret. Traxisti, Domine, omnia ad te: quoniam scisso templi velo, Sancta Sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt, ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex in Evangelium verteretur. Traxisti, Domine, omnia ad te: ut, quod in uno Judeæ templo, obumbratis significationibus tegebatur, aperto Sacramento, universarum nationum devotio celebràret.

℟. Si-

Digitized by Google

℟. Sicut ovis ad occisionem ductus est: & dum malè tractaretur, non aperuit os suum; traditus est ad mortem: * Ut vivificaret populum suum.
℣. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Ut vivificaret.
℟. Sicut ovis ad occisionem.

IN LAUDIBUS.

Antiph. Proprio Filio. Psalmus 50.

Miserere mei Deus: * secundùm magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus

Digitized by Google

tuis, & vineas eùm judicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me hysòpo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me, Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.
Nè projicias me à facie tua: * & Spiritum sanctum tuum nè auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibns Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua meam justitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: * & os meum

meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies.
Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super Altare tuum vitulos.
Antiph. Proprio Filio suo non pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum.
Antiph. Anxiatus. Psalmus 142.
DOmine, exaudi orationem meam; auribus percipe obsecrationem meam in veritare tua: * exaudi me in tua justitia.
Et non intres in judicium cum servo tuo: * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: * humiliavit in terrra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi :* & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum; meditatus sum in omnibus operibus tuis : * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea, sicut terra, sine aqua, tibi.

Velociter exaudi me, Domine : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me : * & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.

Edu-

Digitized by Google

Educes de tribulatione animam meam: * & in misericordia tua disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: * quoniam ego servus tuus sum.
Antiph. Anxiatus est in me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Antiph. Ait latro. Psalmus 62.
DEus, Deus meus: * ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea: * quàm multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & invia, & inaquosa; sic in sancto apparui tibi: * ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.
Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum; in matutinis meditabor in

Digitized by Google

te : * quia fuiſti adjutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo : adhæſit anima mea poſt te : * me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam; introibunt in inferiora terræ : * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo; laudabuntur omnes, qui jurant in eo : * quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis : * illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus in terra viam tuam:* in omnibus gentibus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi populi,Deus : * confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur, & exultent gentes; quoniam júdicas populos in æquitate :* & gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi, Deus; conteantur tibi populi omnes : * terra dedit fructum ſuum.

Digitized by Google

Benedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Antiph. Ait latro ad latronem: Nos quidem digna factis recipimus: hic autem quid fecit? Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.

Antiph. Dum conturbata.

Canticum Habacuc.

Cap. 3.

DOmine, audivi auditionem tuam: * & timui.

Domine, opus tuum: * in medio annorum vivifica illud.

In medio annorum notum facies: * cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet: * & sanctus de monte Pharan.

Operuit cælos gloria ejus: * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ùt lux erit: * cornua in manibus ejus.

Ibi abscondita est fortitudo ejus: * ante faciem ejus ibit mors.

Digitized by Google

Et egredietur diabolus ante pedes ejus : * stetit, & mensus est terram.
Aspexit, & dissolvit gentes : * & contriti sunt montes seculi.
Incurvati sunt colles mundi : * ab itineribus æternitatis ejus.
Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ : * turbabuntur pelles terræ Madian.
Numquid in fluminibus iratus es, Domine : * aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?
Qui ascendes super equos tuos : * & quadrigæ tuæ salvatio.
Suscitans suscitabis arcum tuum : * juramenta Tribubus, quæ locutus es.
Fluvios scindes terræ; viderunt te, & doluerunt montes : * gurges aquarum transiit.
Dedit abyssus vocem suam : * altitudo manus suas levavit.
Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo : * in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.
In fremitu conculcabis terram : * & in

Digitized by Google

in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutem populi tui:* in salutem cum Christo tuo.
Percussisti caput de domo impii:* denudasti fundamentum ejus, usque ad collum.
Maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum ejus:* venientibus, ùt turbo, ad dispergendum me.
Exultatio eòrum:* sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis:* in luto aquarum multarum.
Audivi, & conturbatus est venter meus:* à voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis:* & subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis:* ut ascendam ad populum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit:* & non erit germen in vineis.
Mentietur opus olivæ:* & arva non afferent cibum.
Abscindetur de ovili pecus:* & non

Digitized by Google

erit armentum in præsepibus.
Ego autem in Domino gaudebo: * & exultabo in Deo Jesu meo.
Deus Dominus fortitudo mea: * & ponet pedes meos, quasi cervorum.
Et super excelsa mea deducet me victor: * in psalmis canentem.
Antiph. Dum conturbata fuerit anima mea, Domine, misericordiæ memor eris.
Antiph. Memento. Psalmus 148.
LAudate Dominum de cælis: * laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.
Laudate eum sol, & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.
Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: * præceptum posuit, & non præteribit.

Digitized by Google

Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.

Juvenes, & virgines, senes cum junioribus; laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cælum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo : * & exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt Sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum : * & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.
Ad alligandos Reges eorum in compedibus : * & nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum : * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubæ : * laudate eum in psalterio, & cythara.
Laudate eum in tympano, & choro : * laudate eum in chordis, & organo.

Lau-

Digitized by Google

Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Antiph. Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.

Antiph. Posuerunt.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Israel: * quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: * in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum: * qui à seculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris: * & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum: * daturum se nobis.

Ut sinè timore de manu inimicorum nostrorum liberati: * serviamus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso: * omnibus diebus nostris.

Et

Digitized by Google

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Antiph. Posuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.

Finita Antiph. sequitur sicut in præcedenti nocte. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Domine, miserere. Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

℣. Agno miti basia, cui lupus dedit venenosa. Christe eleison.

℣. Vita in ligno moritur, infernus, & mors lugens spoliatur. Christe eleison.

℣. Te, qui vinciri voluisti, nosque à mortis vinculo eripuisti. Christe elei-

Digitized by Google

eleison. Domine, miserere. Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Domine, miserere. Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem. Mortem autem Crucis.

Deinde Pater noster. Psalmus, Miserere, & Oratio, Respice, & tandem, Pater noster, & sic Matutinæ terminentur.

IN DIE PARASCEVES.

AD Primam Fratres prostrati super formas, dicto Pater noster, & Credo, surgant, & postquam signaverint se, inchoetur Ant. Christus factus est. Subjungendo Psalmos consuetos, ut in Feria quinta pag. 127.

Finita post Psalmos Antiph. iterum prostrati dicant, Pater noster, & Psalmum Miserere. Quo dicto statim subsequatur Oratio.

RESpice, quæsumus Domine, super hanc familiam tuam: pro

qua

Digitized by Google

qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum.

Hic modus servetur ad Tertiam, Sextam, Nonam, Vesp. & Complet. hac die, & in Sabbato sequente usque ad Vesperas exclusivè.

Pretiosa dicatur sicut fer. præced. non tamen cum Evang. sed de Constit.

DUm Sexta, & Nona cantantur, Prior, & Ministri induant se ad Officium: & Sacrista superficiem Altaris, mundis mappis cooperiat; & duos cereos, more solito, accendat.

Finita Nona legatur in Superpelliceo à Fratre, cui Cantor innuerit, antè gradus Presbyterii Prophetia ex Osee Propheta sinè ullo titulo. Hæc dicit Dominus: In tribulatione, &c. quæ dum legitur, Prior, & Ministri induti paramentis nigri coloris, Prior quidem cum Casula, Diaconus autem, & Subdiaconus sinè Dalmaticis, cum Stola tantum, & Manipulis, & Acolythi sinè luminaribus, procedant more solito ad Altare, factaque in-

inclinatione profunda ad medium illius cum Ministris: non dicat, In nomine Patris: nec, Confitemini Domino &c. sed immediate sessum eat, & uno Acolythorum tenente librum, legat submissa voce Prophetiam.

Osee 6.

HÆc dicit Dominus: In tribulatione sua manè consurgent ad me: Venite, & revertamur ad Dominum: quia ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Vivificabit nos post duos dies: in tertia die suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemurque, ut cognoscamus Dominum. Quasi diluculum præparatus est egressus ejus: & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Juda? Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi ros manè pertransiens. Propter hoc dolavi in Prophetis: & occidi eos in verbis oris mei: & judicia tua, quasi lux egre-

dien-

Digitized by Google

dientur. Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei, plùs quam holocausta.

Finita Prophetia, cantetur Tractus: Domine, audivi auditum tuum, & timui: consideravi opera tua, & expavi.

℣. In medio duorum animalium innotescèris: dum appropinquaverint anni, cognoscèris: dum advenerit tempus, ostendèris.

℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiæ memor eris.

℣. Deus à Libano veniet: & Sanctus de monte umbroso, & condenso.

℣. Operuit cælos majestas ejus: & laudis ejus plena est terra.

Postea Sacerdos ascendens gradus Altaris in cornu Epistolæ, absque Dominus vobiscum, & absque Flectamus genua, præmisso tantum Oremus, dicat Orationem.

DEus, à quo & Judas reatus sui pœnam, & confessionis suæ latro præmium sumpsit; concede no-

bis

bis tuæ propitiationis effectum: ut, sicut in Passione sua, Jesus Christus Dominus noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum; ita nobis, ablato vetustatis errore, Resurrectionis suæ gratiam largiatur. Qui tecum vivit, &c.

Deinde à Subdiacono in eodem loco, quo & prior Prophetia lecta est, legatur sine titulo, & in tono Lectionis sequens Lectio.

Exod. 12.

IN diebus illis: Dixit Dominus ad Moysen, & Aaron in terra Ægypti: Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis hujus, tollat unusquisque agnum per familias, & domos suas. Sin autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui junctus est domui suæ: juxta numerum animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absque macula

Digitized by Google

cula, masculus, anniculus: juxta quem ritum, tolletis & hædum. Et servabitis eum, usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: & azymos panes, cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantùm assum igni. Caput cum pedibus ejus, & intestinis vorabitis, nec remanebit quidquam ex eo usque manè. Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase (id est transitus) Domini.

Hac lectione finita, à Choro cantatur:

Tractus. Eripe me, Domine, ab homine malo: à viro iniquo libera me.

℣. Qui

Digitized by Google

℣. Qui cogitaverunt malitias in corde: tota die constituebant prælia.
℣. Acuerunt linguas suas ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub labiis eorum.
℣. Custodi me, Domine, de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me.
℣. Qui cogitaverunt supplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.
℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
℣. Dixi Domino: Deus meus es tu; exaudi, Domine, vocem orationis meæ.
℣. Domine, Domine virtus ſalutis meæ: obumbra caput meum in die belli.
℣. Nè tradas me à deſiderio meo peccatori: cogitaverunt adverſùm me, nè derelinquas me, nè umquam exaltentur.
℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.
℣. Ve-
Digitized by Google

℣. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Post Tractum, cantatur Passio, in loco, ubi Profestis diebus legi solet Evangelium, super nudum pulpitum, sine luminaribus, & Dominus vobiscum, vel alio titulo, nec signet se Diaconus.

Joann. 18.

EGressus est Jesus, cum discipulis suis, trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus. Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros: venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: ✠ Quem quæritis? C Responderunt ei: S Jesum Nazarenum. C Dicit eis Jesus: ✠ Ego sum. C Stabat autem & Judas, qui tra-

Digitized by Google

tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: ✠ Quem quæritis? C Illi autem dixerunt: S Jesum Nazarenum. C Respondit Jesus: ✠ Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis: sinite hos abire. C Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum; & percussit Pontificis servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro: ✠ Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? C Cohors ergo, & Tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primùm, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Judæis: quia expedit unum hominem mori pro populo.

Se-

Digitized by Google

Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici: & introivit cum Jesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: S Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? C Dicit ille: S Non sum. C Stabant autem servi, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, & de doctrina ejus. Respondit ei Jesus: ✠ Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt, quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. C Hæc autem cùm dixisset, unus assistens ministrorum dedit ala-

pam

Digitized by Google

pam Jeſu : dicens : S Sic respondes Pontifici ? C Respondit ei Jeſus : ✠ Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo : si autem bene, quid me cædis ? C Et misit eum Annas ligatum, ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se.. Dixerunt ergo ei. S Numquid & tu ex discipulis ejus es? C Negavit ille, & dixit : S Non sum. C Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam. S Nonne ego te vidi in horto cum illo ? C Iterum ergo negavit Petrus : & statim gallus cantavit. Adducunt ergo Jesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè : & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit : S Quam accusationem affertis adversùs hominem hunc ? C Responderunt, & dixerunt ei : S Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. C Dixit ergo eis Pilatus : S Accipite

eum vos, & secundùm legem veſtram judicate eum. C Dixerunt ergo ei Judæi: S Nobis non licet interficere quemquam. C Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans, qua morte esset moriturus. Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei: S Tu es Rex Judæorum? C Respondit Jesus: ✠ A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? C Respondit Pilatus: S Numquid ego Judæus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? C Respondit Jesus: ✠ Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum; ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. C Dixit itaque ei Pilatus: S Ergo Rex es tu? C Respondit Jesus: ✠ Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

C Di-

C Dicit ei Pilatus: S Quid eſt veritas? C Et cùm hoc dixiſſet, iterum exivit ad Judæos, & dixit eis: S Ego nullam invenio in eo cauſam. Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Paſcha: vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum? C Clamaverunt ergo rurſum omnes, dicentes: S Non hunc, ſed Barabbam. C Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jeſum, & flagellavit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti ejus: & veſte purpurea circumdederunt eum: Et veniebant ad eum, & dicebant: S Ave Rex Judæorum. C Et dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: S Ecce adduco vobis eum foras: ut cognoſcatis, quia nullam invenio in eo cauſam. C (Exivit ergo Jeſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum.) Et dicit eis: S Ecce homo. C Cùm ergo vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri clamabant, dicentes: S Crucifige, crucifige

Digitized by Google

fige eum : C Dicit eis Pilatus : S Accipite eum vos , & crucifigite : ego enim non invenio in eo causam . C Responderunt ei Judæi : S Nos legem habemus ; & secundùm legem debet mori : quia Filium Dei se fecit . C Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem , magìs timuit . Et ingressus est Prætorium iterum , & dixit ad Jesum : S Unde es tu ? C Jesus autem responsum non dedit ei . Dicit ergo ei Pilatus : S Mihi non loqueris ? Nescis , quia potestatem habeo crucifigere te , & potestatem habeo dimittere te ? C Respondit Jesus : ✠ Non haberes potestatem adversùm me ullam , nisi tibi datum esset desuper . Propterea qui me tradidit tibi , majus peccatum habet . C Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum . Judæi autem clamabant , dicentes ; S Si hunc dimittis , non es amicus Cæsaris . Omnis enim , qui se Regem facit , contradicit Cæsari . C Pilatus autem cùm audisset hos sermones , adduxit foras Jesum : &

se-

Digitized by Google

ſedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, hebraicè autem Gabbatha. Erat autem Paraſceve Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Judæis: S Ecce Rex veſter. C Illi autem clamabant: S Tolle, tolle, crucifige eum. C Dicit eis Pilatus: S Regem veſtrum crucifigam? C Reſponderunt Pontifices: S Non habemus Regem, niſi Cæſarem. C Tunc ergo tradidit eis illum: ut crucifigeretur. Suſceperunt autem Jeſum, & eduxerunt. Et bajulans ſibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, hebraicè autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc, & hinc, medium autem Jeſum. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus eſt Jeſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum.

rum. S Noli scribere: Rex Judæorum; sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. C Respondit Pilatus: S Quod scripsi, scripsi. C Milites ergo, cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: S Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit: C Ut Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cleòphæ, & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergo Jesus Matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: ✠ Mulier, ecce filius tuus. C Deinde dicit discipulo: ✠ Ecce Mater tua. C Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt,

ut

Digitized by Google

ut conſummaretur Scriptura, dixit: ✠ Sitio. C Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cùm ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit. ✠ Conſummatum eſt. C Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Hìc pauſatur aliquantulùm, & genuflectitur. Judæi ergo (quoniam Paraſceve erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo. Ad Jeſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura; ſed unus militum, lancea latus ejus aperuit: & continuò exivit ſanguis, & aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium ejus. Et ille ſcit, quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut Scrip-

Digitized by Google

tura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

POst hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa, (eò quòd esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt JESUM.

Perfecta Passione, Prior non signet seipsum, nec librum, nec eum osculetur, sicut nec Diaconus; sed stans

in

in cornu Epistolæ dicat sequentes Orationes sinè Dominus vobiscum. Hoc modo:

ORemus, dilectissimi nobis, pro Ecclesia Sancta Dei, ut eam Deus, & Dominus noster pacificare, adunare, & custodire dignetur toto orbe terrarum, subjiciens ei principatus, & potestates; detquè nobis quietam, & tranquillam vitam degentibus, glorificare Deum Patrem omnipotentem.

In fine hujus Orationis, non resp. Amen, sed statim subjungatur Oremus. Diaconus addit Flectamus genua, & Levate. Tunc Sacerdos prosequitur Orationem.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam omnibus in Christo Gentibus revelasti: custodi opera misericordiæ tuæ: ut Ecclesia tua toto orbe diffusa, stabili fide in confessione tui nominis persevèret. Per eumdem.

℟. Amen.

Digitized by Google

Et ita fiat in aliis sequentibus Orationibus, nisi aliter notetur.

Oratio.

O Remus, & pro beatissimo Papa nostro N. ut Deus & Dominus noster, qui elegit eum in Ordine Episcopatus, salvum, atque incolumem custodiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regendum populum sanctum Dei.

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, cujus judicio universa fundantur; respice propitius ad preces nostras, & electum nobis Antistitem tua pietate conserva: ut Christiana plebs, quæ te gubernatur auctore, sub tanto Pontifice credulitatis suæ meritis augeatur. Per Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

O Remus; & pro omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Acolythis, Exorcistis, Lectoribus, Ostiariis, Confessoribus, Virginibus, Viduis, & pro omni populo sancto Dei.

Non

Digitized by Google

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur, & regitur: exaudi nos pro universis Ordinibus supplicantes; ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum. In unitate ejusdem. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, & pro Christianissimo Imperatore nostro N. ut Deus & Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad nostram perpetuam pacem.

Non dic. Amem. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura regnorum; respice ad Romanum benignus Imperium; ut gentes, quæ in sua feritate confidunt; potentiæ tuæ dextera

ra comprimantur. Per Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, & pro Catechumenis nostris; ut Deus, & Dominus noster adaperiat aures præcordiorum ipsorum, januamque misericordiæ; ut per lavacrum regenerationis, accepta remissione omnium peccatorum, & ipsi inveniantur in Christo Jesu Domino nostro.

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam, nova semper prole fœcundas: auge fidem, & intellectum Catechumenis nostris: ut renati fonte baptismatis, adoptionis tuæ filiis aggregentur. Per Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem: ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat

Digitized by Google

riat carceres, vincula dissolvat; peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, navigantibus portum salutis indulgeat.

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, mœstorum consolatio, laborantium fortitudo; perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, & pro Hæreticis, & Schismaticis: ut Deus, & Dominus noster eruat eos ab erroribus universis; & ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam, atque Apostolicam revocare dignetur.

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, qui salvas omnes, & neminem

vis

vis perire; reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: ut omni hæretica pravitate depoſita, errantium corda reſipiſcant; & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, & pro perfidis Judæis: ut Deus, & Dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum; ut & ipſi agnoſcant Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Non dicatur Amen. nec Flectamus genua, ſed Oremus.

Oratio.

OMnipotens, ſempiterne Deus, qui etiam Judaicam perfidiam à tua miſericordia non repellis; exaudi preces noſtras, quas pro illius populi obcœcatione deferimus: ut agnita veritatis tuæ luce, quæ Chriſtus eſt, à ſuis tenebris eruantur. Per eundem Dominum. ℟. Amen.

Oratio.

ORemus, & pro Paganis: ut Deus omnipotens auferat iuiquitatem

Digitized by Google

tem à cordibus eorum; ut relictis Idòlis suis, convertantur ad Deum vivum, & verum, & unicum Filium ejus, Jesum Christum Deum, & Dominum nostrum.

Non dic. Amen. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

OMnipotens, sempiterne Deus, qui non mortem peccatorum, sed vitam semper inquiris; suscipe propitius orationem nostram: & libera eos ab idolorum cultura, & aggrega Eeclesiæ tuæ sanctæ, ad laudem, & gloriam nominis tui. Per Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dum dicuntur Orationes, duo Sacerdotes se induant in Sacristia, alba, & cingulo cum stolis, & manipulis nigris, sinè dalmaticis, pro cantandis Versibus, & tenenda Cruce in Altari. Item etiam se præparent duo Diaconi, ut cantent versus Agios, ò Theos &c. ad gradum Presbyterii, ante Crucis adorationem.

Com-

Digitized by Google

Completis Orationibus, Prior deposita Casula, (in Sacristia reponenda) ab Altari discedat, & descendens cum suis ministris gradus Altaris, ad extremum angulum in cornu Epistolæ: stent omnes in Presbyterio ab eadem parte Altaris, versis vultibus ad partem Evangelii: ita ut unus sit ad latus alterius, & propius Altare stet primò Sacerdos, deinde alii, eo ordine, quo solent in Presbyterio sedere.

Tunc duo Sacerdotes destinati ad tenendam Crucem, venientes ad gradus Altaris, genuflectant, deinde surgentes accipiant Crucem Altari superpositam, & velatam, & stantes juxta extremam partem dexteram Altaris in latere Evangelii, ac tenentes Crucem reverenter per brachia unus ad dexteram, & alter ad sinistram, versi ad populum, vel Conventum cantent.

℣. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi: Quia eduxi te de terra Ægypti,

para-

Digitized by Google

parasti Crucem **Salvatori tuo**. Quo finito duo Diaconi ad gradum Presbyterii stantes respondeant: **Agios**, ò **Theos: Agios**, **ischyros: Agios**, **athànatos**: Eleison **imas**. Dum pronunciant **Agios**, flectant genua. Dum, ò **Theos**, surgant. Secundò flectentes genua dicant **Agios**, & surgendo **Ischyros**. Tertio flectent genua dicendo: **Agios**, & surgendo: **Athànatos**, **Eleison**, **imas**.

Deinde Fratres in choro respondentes, **Sanctus**, genua flectant, subdendo: **Deus**, surgant. Iterum flectendo genua, dicant: **Sanctus**, & surgendo: **Fortis**. Tum tertiò flectant genua, dicentes: **Sanctus**, & surgendo adjungant, **& immortalis**, **miserere nobis**.

Dum Chorus sic genua flectit, & surgit alternativè, tunc nec Prior cum ministris Altaris, nec Sacerdotes cum Cruce, nec Diaconi genua flectent cum Choro, sicut nec cum ipsis Chorus genua flectat. Postquam sic Chorus responderit, Sacerdotes

Cru-

Digitized by Google

Crucem tenentes, uno, aut altero passu procedant, recedendo à latere Evangelii versùs medium Altaris, & ibi sistendo, cantent secundum. ℣. **Quia eduxi te per desertum quadraginta annis, & manna cibavi te, & introduxi te in terram satis optimam, parasti Crucem Salvatori tuo.**

Quo finito, Diaconi secunda vice cantent, **Agios, ò Theos**, & post illos Chorus similiter respondeat, **Sanctus, Deus &c.** genua flectendo, & surgendo, sicut fecerunt prima vice. Tunc Sacerdotes cum Cruce procedentes, atque ad medium Altaris descendentes gradus, sistant ubi Crux deponenda erit pro adoratione: & cantent tertium ℣. **Quid ultra debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amara; aceto namque sitim meam potasti: & lancea perforasti latus Salvatori tuo.** Subjungant tandem Diaconi, Agios, ò Theos, &c. & Chorus similiter respondeat, Sanctus

Digitized by Google

tus Deus &c. & genua flectant; ac surgant tam Diaconi, quàm Chorus, sicut prima, & secunda vice fecerunt. Quibus cantatis, Prior veniat ad medium ante Altare, & se collocet in loco aliquantulùm superiore, medium inter duos Sacerdotes, qui per brachia Crucem sustinentes, & suos vultus ad se invicem vertentes, tenebunt Crucem ante Priorem. (Ministri verò discedant etiam à cornu Altaris, dum discedit Prior, & se collocent unus post alium in eadem parte Presbyterii, versis vultibus ad partem Evangelii, stantes eo ordine, quo priùs stabant). Tunc Prior ex manibus duorum Sacerdotum, Crucem velatam accipiet, & iisdem adjuvantibus reverenter eam deteget, detectamque populo ostendet, eamque ambabus manibus elevando, incipiet.

Ant. Ecce lignum Crucis, in quo salus mundi pependit: Venite adoremus.

Hæc eo incipiente, tam Chorus, quàm Ministri Altaris, Sacerdotes, & Dia-

Digitized by Google

& Diaconi existentes in suis locis, flectent genua, inclinantes profundè: & prosequente Cantore Antiphonam; dum dicit, Crucis, in quo, &c. surgant omnes, Choro Antiphonam continuante.

Quamdiu cantatur, Prior semper elevatam Crucem sustineat, & ostendat ùt supra. Finita Antiphona, Crucem restituat in manus prædictorum duorum Sacerdotum, qui eam deponent, & reclinabunt ad gradus Presbyterii, super tapetem ibidem stratum, & seipsos collocabunt hinc, & inde, ad duo latera Crucis, accumbentes super latera sua juxta Crucem, & versis ad se invicem vultibus, brachia Crucis quilibet à sua parte tenendo.

Tunc fiat ab omnibus Ministris, & Fratribus publica Sanctæ Crucis adoratio; in cujus ritu, seu ordine adorandi, inter adorantes, & adoraturos servetur ordinata accedendi distantia hoc modo: à loco ubi Crux adoranda jacet, deorsum versùs Ec-

Digitized by Google

clesiæ navim sumatur. spatium quindecim circiter passuum (prout loci conditio, situsque permiserit) & ab ultima hujus spatii extremitate, primò Prior, nudatis omnino plantis (quod & similiter facere debent omnes, tam Ministri, quam Fratres adoraturi) procedat versùs Crucem, hoc ordine, & succesionis distantia, ut in prædicta extremitate spatii devotè genua flectat, caputque inclinet, & mox surgat, ac gravi incessu usque ad medium ejusdem spatii pergens, illic denuò genua flectat, & caput inclinet, denique inde procedens, ad pedes Crucis se toto corpore prosternat, eosdem semel dumtaxat deosculetur, moram non trahens, sed mox inde surgens, & facta profunda inclinatione, collocet se ad latus dexterum Crucis, in loco alterius duorum Sacerdotum, dexterum Crucis brachium tenens, quousque ambo Sacerdotes simili ordine, & modo adoraverint; primo eorum postquam adoraverit, se substituente

in

in locum secundi, & pro eo sinistrum Crucis brachium tenente, qui secundus Sacerdos, postquam adoraverit, succedet in locum Prioris, à parte dextera Crucis brachium tenens, una cum alio Sacerdote in altero latere manente, ipsam Crucem ad osculum omnium Fratrum adorantium usque ad finem adorationis coaptando. Hæc porrò adoratio sequenti ordine prosequi debet, ut post duos Sacerdotes, adoret Diaconus pro Missa notatus: postea Diaconi, qui cantaverunt: Agios, unus post alterum (& hi, postquam adoraverint, in Sacristiam secedent, sacras vestes deposituri) post Diaconos sequentur Subdiaconus pro Missa notatus, Acolythi, & demum post Ministros cæteri omnes Fratres secundùm ordinem graduum suorum, incipiendo à majoribus, alternatim procedentes ab ultima spatii extremitate versùs Crucem, eo ritu, ordine, ac successionis distantia, quo de Priore supra dictum est, illam adorent, &

deo-

Digitized by Google

deosculentur, ac post osculum mox surgendo, facta inclinatione profunda, ad Chorum in loca sua revertantur. Illa autem Fratrum successio cum tali intercapedine fiat, quòd dum primus surgit à loco primæ suæ genuflexionis, statim illic subintret alter ei proximus, & ita consequenter alii, servato eodem tenore interstitiorum. Dum ita Crux adoratur, Chorus cantet antiphonam, *Tuam Crucem &c. & hymnum, Crux fidelis &c.* Prior autem, & Ministri in Presbyterio sessum eant, ibique eamdem antiphonam, & hymnum recitent.

Antiph. Tuam Crucem adoramus Domine, tuam gloriosam recolimus Passionem: miserere nostri, qui passus es pro nobis.

℣. Crucem tuam adoramus, Domine, & sanctam Resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus: ecce enim propter Crucem venit gaudium in universo mundo.

℣. Adoremus Crucis signaculum: per quod

quod salutis sumpsimus Sacramentum.

Hymnus.

Crux fidelis, inter omnes,
Arbor una nobilis:
Nulla sylva talem profert,
Fronde, flore, germine:
Dulce lignum, dulces clavos
Dulce pondus sustinet.

Pange lingua gloriosi
Prælium certaminis;
Et super Crucis trophæum,
Dic triumphum nobilem:
Qualiter Redemptor orbis,
Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti,
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis unde læserat.

Quan-

Digitized by Google

Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis conditor:
Ac de ventre virginali,
Caro factus, prodiit.
Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo Mater alligat,
Et manus pedesque, & crura,
Stricta cingit fascia.
Lustris sex, qui, jam peractis
Tempus implens corporis,
Se volente, natus ad hoc:
Passioni deditus,
Agnus in Cruce levatur,
Immolandus stipite.
Hìc acetum, fel, arundo,
Spina, clavi, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis unda profluit,
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavantur flumine.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,

O Et

Digitized by Google

Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas:
Ut superni membra Regis,
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre secli pretium:
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago,
Quem sacer cruor perunxit,
Fusus Agni corpore.
Gloria, & honor Deo,
Usquequaque Altissimo:
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est, & potestas,
Per æterna secula. Amen.

Si antequam hæc fuerint omnino cantata, adoratio completa esset, nihilominus integrè cantentur; cumque Versus ultimus Hymni dicetur, Prior veniat ad medium gradus Presbyterii inter Altare, & Sacerdotes, qui tenent Crucem: ut terminata adoratione, Sacerdotes Crucem reverenter elevantes, eam Priori, stanti super gradus Altaris, tradant: qui

Digitized by Google

qui ipsam accipiens, & devotè erigens, ſtans verso vultu ad populum, vel Conventum, incipiat Antiphonam:

SUper omnia ligna cedrorum, tu sola excelsior; in qua vita mundi pependit: in qua Christus triumphavit, & mors mortem superavit in æternum.

In inchoatione hujus Antiphonæ, tam Ministri Altaris, & duo Sacerdotes, quàm Chorus, genua flectent inclinantes profundè: & Cantore prosequente, Ligna cedrorum, omnes surgant: & Prior ambabus manibus Crucem sustineat elevatam: & Antiphona finita, eodem modo tenens Crucem, dicat sequentem Orationem sinè Dominus vobiscum, & sinè Oremus, Fratribus super formas prostratis.

Oratio.

REspice, quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus, non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum.

Digitized by Google

Et rigor lentescat ille,
Quem dedit nativitas:
Ut superni membra Regis,
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre secli pretium:
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago,
Quem sacer cruor perunxit,
Fusus Agni corpore.
Gloria, & honor Deo,
Usquequaque Altissimo:
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est, & potestas,
Per æterna secula. Amen.

Si antequam hæc fuerint omnino cantata, adoratio completa esset, nihilominus integrè cantentur; cumque Versus ultimus Hymni dicetur, Prior veniat ad medium gradus Presbyterii inter Altare, & Sacerdotes, qui tenent Crucem: ut terminata adoratione, Sacerdotes Crucem reverenter elevantes, eam Priori, stanti super gradus Altaris, tradant:

qui

Digitized by Google

qui ipsam accipiens, & devotè erigens, stans verso vultu ad populum, vel Conventum, incipiat Antiphonam:

SUper omnia ligna cedrorum, tu sola excelsior; in qua vita mundi pependit: in qua Christus triumphavit, & mors mortem superavit in æternum.

In inchoatione hujus Antiphonæ, tam Ministri Altaris, & duo Sacerdotes, quàm Chorus, genua flectent inclinantes profundè: & Cantore prosequente, Ligna cedrorum, omnes surgant: & Prior ambabus manibus Crucem sustineat elevatam: & Antiphona finita, eodem modo tenens Crucem, dicat sequentem Orationem sinè Dominus vobiscum, & sinè Oremus, Fratribus super formas prostratis.

Oratio.

REspice, quæsumus, Domine, super hanc familiam tuam: pro qua Dominus noster Jesus Christus, non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum.

Digitized by Google

Oratione dicta, Crucem Prior tradat Sacristæ, qui illam statuet in aliquo loco apto, ubi possit ea die à cæteris adorari.

Ubi verò, propter Fratrum paucitatem, tot Sacerdotes, & Diaconi ad præmissa officia distinctè obeunda non sunt: Prior cum alio Sacerdote, & Diaconus minister cum alio Diacono, prædicta officia exequantur.

Postquam Prior tradiderit Crucem Sacristæ, ipse, & Ministri cum duobus Presbyteris, qui cantaverunt Versus, in Sacristiam revertantur, ubi duo Presbyteri se vestibus sacris exuent, Prior verò, & Ministri se calceent: deinde lotis manibus, Prior casulam assumat, & præcedentibus Thuriferario, & Cruciferario, Ceroferariis, ac Subdiacono cum Calice, & Diacono cum Missali, ad Altare accedat; sistensque infra gradus ad medium Altaris; facta profunda inclinatione, dicat. In nomine Patris &c. Confitemini Domino &c. Confiteor &c. Et Diaconus explicet

Cor-

Corporale super Altare, more solito, juxta illud ponens Purificatorium; Calix autem à Subdiacono delatus, in Altari extra Corporale, à parte Evangelii reponatur.

Interim curet Sacrista, ut Baldachinum, sub quo Sanctissimum Christi Corpus deferendum est, præparetur: & distribuantur cerei, denturque Fratribus, & nobilioribus secularibus.

Deinde cum silentio, ad locum, ubi depositum fuit Sanctissimum Sacramentum, procedatur hoc ordine: Thuriferario, & Cruciferario præcedentibus, & duobus Acolythis cum luminaribus subsequentibus, deinde incedant Fratres bini, & bini (junioribus præcedentibus) & cereos non accensos deferentes; postea Prior cum Casula, manus tenens junctas ante pectus, & habens à dexteris Diaconum, & à sinistris Subdiaconum. Hos subsequantur seculares cum cereis etiam non accensis.

Cum ad locum sanctissimi Sacramenti perventum fuerit: Fratres cum

Digitized by Google

devotione, hinc inde ante Altare se collocent genuflexi. Prior etiam genua flectat cum Ministris, & accipiens de manu Diaconi thuribulum, incenset Sanctissimum Sacramentum. Quo facto, Diaconus, & Subdiaconus, velum albi coloris, à Sacrista subministratum, extendant super humeros Prioris, & interim accendantur cerei.

Tunc Diaconus, reverenter extrahens Calicem; & Pyxidem cum Sacramento, è loco, ubi fuerat repositum, eum Priori porrigat, & tegat extremitatibus veli, humeris illius superpositi. Deinde surgens Sacerdos, verso vultu ad Conventum, in medio Altaris stando, Calicem, & Pyxidem cum Sacramento teneat elevatum ante pectus, quousque (Cantore cum solemnitate intonante, Tantum ergo Sacramentum, &c.) Conventus totam hanc strophen cantaverit. Interim Diaconus, & Subdiaconus, hinc inde ante Priorem celebrantem sint genuflexi: Thurifera-

rarius autem in medio pariter genuflexus verso vultu ad Sacramentum, illud reverenter incenset. Interim Cruciferarius Crucem pridie ibidem depositam accipiat, & discooperiat.

Cantato Tantum ergo, &c. cum sola illa strophe, surgant Fratres, & incipiatur. Hymnus.

VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis Mysterium;
Quo carne carnis Conditor,
Suspensus est patibulô.

Quo vulneratus insuper,
Mucrone diro lanceæ:
Ut nos lavaret crimine,
Manavit unda, & sanguine.

Impleta sunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicens: In nationibus
Regnavit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis Purpura:
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis
Secli pependit pretium:

Digitized by Google

Statera facta corporis,
Prædamque tulit Tartari.
O Crux ave spes unica!
Hoc Passionis tempore,
Auge piis justitiam,
Reisque dona veniam.
Te, summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quos per Crucis mysterium
Salvas, rege per secula. Amen.

Et processionaliter revertantur ad Altare, eo ordine, quo inde venerunt, excepto Thuriferario, qui immediatè præcedet Sacerdotem, non incessu retrogrado, sed aliquantulùm inflexo ad latus, sicque incedendo, Corpus Christi continuò incensabit.

Super Sanctissimum Sacramentum efferetur Baldachinum, per digniores, vel Sacerdotes, vel Seculares.

Cùm autem venerint ad Altare, manebunt omnes Fratres, hinc, & inde ad dexteram, & ad sinistram Altaris genuflexi, & Priore ante eos cum Sacramento transeunte, profundè inclinabunt, tenentes cereos

sem-

ſemper accenſos, uſque ad abſolutam communionem: è quo etiam loco, ſic genuflexi, reſpondebunt celebranti.

Cùm Prior ad Altare pervenerit, deponet ſuper Corporale Calicem, & Pyxidem cum Sacramento: & poſtea illud genuflexus adorabit, idemque faciet Diaconus, & Subdiaconus.

Deinde ſurgentes, Subdiaconus accipiat alium Calicem pro Miſſa celebranda paratum, in eoque vinum, & aquam (non tamen benedictam) infundat, & Diaconus de manu Subdiaconi, Calicem ſic præparatum accipiens, illum Patena coopertum offerat Sacerdoti, & Sacerdos nullam oblationem faciens, illum in loco ſuo ſtatuet ſuper Corporale. Deinde extrahet de altero Calice Sanctiſſimum Chriſti Corpus, illudque ante pedem Calicis præparati pro Miſſa, collocabit: depoſitaque Patena in loco ſuo, Calicem palla cooperiat. Poſtmodum de manu Diaconi Thuribulum accipiens, Sacramentum

& Calicem tantùm incenset, ante, & post incensationem genuflexus adorans: non autem incensabitur Altare hinc inde, neque ipse Prior.

Quo facto, Sacerdos digitos abluat, non tamen aversus à Sacramento ob ejus reverentiam, & ablutio in piscinam projiciatur: Tum rediens ad medium Altaris genuflectat, & erectus, depositis manibus super Altare, dicat voce mediocri in cantu feriali: Oremus. Præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati, audemus dicere: Hìc more solito elevet manus, & prosequatur.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et nè nos inducas in tentationem. In fine respondente Choro: Sed libera nos á malo. Subjungat Sacerdos submissè: Amen, Et im-

Digitized by Google

immediatè prosequatur Orationem: Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, & futuris;& intercedente Beata, & gloriosa semper Virgine, Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adjuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eumdem Dominum.

Finita Oratione, Prior genuflectat, surgensque, dextera manu Hostiam sacram accipiat, & elevet, ut videri possit à populo: eamque dimittens super Calicem, statim ipsam in tres partes dividat more solito. Tunc voce mediocri intonet.

Per omnia secula seculorum.

℞. Amen.

Postea non dicat, Pax Domini, nec dicatur, **Agnus Dei**, nec pax Ministris detur, sed immediatè Sacerdos solitam particulam Hostiæ

Digitized by Google

mittat in Calicem, nihil dicens, nullamque Crucem cum particula Hostiæ faciens, aut supra, aut intrà Calicem. Postmodum prætermissa Oratione, Domine Jesu Christe Fili Dei vivi &c. Sumat reliquas partes Hostiæ, dicens: Corpus Domini nostri Jesu Christi, custodiat me in vitam æternam. Amen. Nullam mentionem faciens de Sanguine. Deinde sumens particulam Hostiæ, quæ est in Calice, cum vino, & aqua, nihil dicat. Peracta Communione, ablutis digitis, ac sumpta purificatione, in medio Altaris junctis manibus, dicat: Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: ut de corpore Domini nostri Jesu Christi, fiàt nobis remedium sempiternum. Amen. Dumque fit hæc ablutio, extinguantur cerei, & Fratres in Chorum se recipiant, pro Vesperis dicendis: Diaconus verò plicato Corporali, & in bursa posito, sumat Missale, & Subdiaconus Calicem cum velo, & bursa.

De-

Digitized by Google

Demum nulla dicatur Postcommunio, nec Placeat tibi, &c. nullaque benedictio detur, sed facta reverentia Cruci Altaris, Prior cum Ministris in Sacristiam revertatur: Pyxis autem, cum servatis particulis consecratis pro infirmis, non remaneat in majori Altari, sed deferatur à Sacrista ad aliud sacellum remotius debitè præparatum, cum requisitis luminibus.

AD VESPERAS.

Antiph. Calicem. Psalmus. Credidi. cum cæteris Antiphonis, & Psalmis sicut in die Cœnæ. pag. 170.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cùm accepisset acetum dixit: Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum.

Finita post Cant. Antiph. dic. Pater noster, & Psalm. Miserere, post Psalm. dic. Orat. Respice, pag. 279. & deinde Pater noster, & sic Vesperæ finiantur.

Ad Complet. Antiph. Psalm. & Cant. sicut in die Cœnæ. pag. 229.

Post

Digitized by Google

Post Antiph. dic. Pater noster, & Psalm. Miserere. & Oratio Respice, &c. Posteaque Pater noster, & Credo.

SABBATO SANCTO

AD MATUTINUM.

Fiat sicut in sexta Feria dictum est: & postmodum incipiatur.

IN I. NOCTURNO:

Antiph. In pace. Psalmus 4.

CUm invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ: * in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: * & exaudi orationem meam.

Filii hominum usquequo gravi corde: * ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: * quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiæ: & spe-

Digitized by Google

sperate in Domino: * multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui:* multiplicati sunt.

In pace in idipsum: * dormiam, & requiescam.

Quoniam tu, Domine, singulariter in spe: * constituisti me.

Antiph. In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Antiph. Habitabit. Psalmus 14.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo: * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sinè macula: * & operatur justitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: * qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: * & opprobrium non accepit adversùs proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspec-

Digitized by Google

tu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad usuram: * & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc: * non movebitur in æternum.

Antiph. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo.

Antiph. Caro mea. Psalmus 15.

COnserva me, Domine, quoniam speravi in te: * dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus: * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: * postea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: * nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: * tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: * ete-

Digitized by Google

etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: * insuper & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dominum in conspectu meo semper: * quoniam à dextris est mihi, nè commovear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: * insuper & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ; adimplebis me lætitia cum vultu tuo: * delectationes in dextera tua usque in finem.

Antiph. Caro mea requiescet in spe.

℣. In pace in idipsum.

℟. Dormiam, & requiescam.

De Lamentatione Jeremiæ Prophetæ. Thren. 4.

Lectio i. Aleph.

QUomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus:

mus: dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?
Beth. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?
Ghimel. Sed & lamiæ nudaverunt mammas; lactaverunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.
Daleth. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti: parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.
℞. Sepulto Domino, signatum est monumentum; volventes lapidem ad ostium monumenti: * Ponentes milites, qui custodirent illud.
℣. Nè fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis. Ponentes.

Lectio ii. He.

QUi vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

Vau.

Digitized by Google

Vau. Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: quæ subversa est in momento, & non cœperunt in ea manus.

Zain. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

Heth. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum. Jerusalem, Jurusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Jerusalem luge, & exue te vestibus jucunditatis; indùere cinere, & cilicio: * Quia in te est occisus Salvator Israel.

℣. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, ac noctem: & non taceat pupilla oculi tui. Quia.

Lectio iii. Teth.

MEliùs fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

Jod.

Digitized by Google

Jod. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.
Caph. Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & devoravit fundamenta ejus.
Lamed. Non crediderunt reges terræ, & universi habitatores orbis: quoniam ingrederetur hostis, & inimicus per portas Jerusalem. Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.
℟. Plange quasi virgo plebs mea; ululate pastores in cinere, & cilicio; * Quia veniet dies Domini magna, & amara valde.
℣. Ululate pastores, & clamate: aspergite vos cinere. Quia.
℟. Plange quasi virgo.

IN II. NOCTURNO.

Antiph. Elevamini. Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: * orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo.

Quia

Quia ipse super maria fundavit eum:* & super flumina præparavit eum.
Quis ascendet in montem Domini:* aut quis stabit in loco sancto ejus?
Innocens manibus, & mundo corde: qui non accèpit in vano animam suam:* nec juravit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem à Domino:* & misericordiam à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærentium eum:* quærentium faciem Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras; & elevamini portæ æternales:* & introibit Rex gloriæ.
Quis est iste Rex gloriæ? *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras; & elevamini portæ æternales:* & introibit Rex gloriæ.
Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.
Antiph. Elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

An-

Digitized by Google

Antiph. Credo videre.
Psalmus 26.
DOminus illuminatio mea, & salus mea: * quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ: * a quo trepidabo.
Dum appropiant super me nocentes: * ut edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: * ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.
Si consistant adversùm me castra: * non timebit cor meum.
Si exurgat adversùm me prælium: * in hoc ego sperabo.
Unam petii à Domino, hanc requiram: * ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.
Ut videam voluptatem Domini: * & visitem templum ejus.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.
Circuivi, & immolavi in taberna-
cu-
Digitized by Google

culo ejus hostiam vociferationis : * cantabo , & psalmum dicam Domino .
Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te : * miserere mei, & exaudi me .
Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea : * faciem tuam, Domine , requiram .
Nè avertas faciem tuam à me : * nè declines in ira à servo tuo .
Adjutor meus esto : * nè derelinquas me , neque despicias me, Deus salutaris meus .
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me : * Dominus autem assumpsit me .
Legem pone mihi, Domine, in via tua : * & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos .
Nè tradideris me in animas tribulantium me : * quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi .
Credo videre bona Domini : * in terra viventium.

Ex-

Digitized by Google

Expecta Dominum, viriliter age: * & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Antiph. Credo videre bona Domini, in terra viventium.

Antiph. Domine. Psalmus 29.

EXaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: * nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus, clamavi ad te: * & sanasti me.

Domine, deduxisti ab inferno animam meam: * salvasti me à descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti ejus: * & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus: * & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus: * & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: * non movebor in æternum.

Domine, in voluntate tua: * præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam à me: * & factus sum conturbatus.

Ad

Digitized by Google

Ad te, Domine, clamabo: * & ad Deum meum deprecabor.
Quæ utilitas in sanguine meo: * dum descendo in corruptionem?
Numquid confitebitur tibi pulvis: * aut annnunciabit veritatem tuam?
Audivit Dominus, & misertus est mei: * Dominus factus est adjutor meus:
Convertisti planctum meum in gaudium mihi:*conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.
Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar: * Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.
Antiph. Domine, abstraxisti ab inferis animam meam.
℣. Tu autem, Domine, miserere mei.
℟. Et resuscita me, & retribuam eis.
Ex Tractatu Sancti Augustini Episcopi super Psalmos.
In Psalm. 63. vers. 7.
Lectio iv.
ACcedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Illi dixerunt:

Digitized by Google

Quis nos videbit? Defecerunt ſcrutantes ſcrutationes, consilia mala: Acceſſit homo ad ipsa consilia: paſſus est ſe teneri, ùt homo. Non enim teneretur nisi homo, aùt videretur nisi homo; aut crucifigeretur, aut moreretur, nisi homo. Acceſſit ergo homo ad illas omnes paſſiones: quæ in illo nihil valèrent, nisi eſſet homo. Sed si ille non eſſet homo: non liberaretur homo. Acceſſit homo ad cor altum, ideſt, cor ſecretum, objiciens aſpectibus humanis hominem, ſervans intus Deum: celans formam Dei, in qua æqualis eſt Patri, & offerens formam ſervi, qua minor eſt Patre.

℟. Receſſit Paſtor noſter, fons aquæ vivæ, ad cujus tranſitum ſol obſcuratus eſt; nam & ille captus eſt, qui captivum tenebat primum hominem: * Hodie portas mortis, & ſeras pariter Salvator noſter diſrupit.

℣. Deſtruxit quidem clauſtra inferni, & ſubvertit potentias diaboli. Hodie.

Le-

Digitized by Google

Lectio v.

QUò perduxerunt illas scrutationes suas, quas perscrutantes defecerunt, ut etiam mortuô Dominô, & sepultô, custodes ponerent ad sepulcrum? Dixerunt enim Pilato: Seductor ille, (hoc appellabatur nomine, Dominus Jesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores) ergo illi Pilato, seductor ille, inquiunt, dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube itaque custodiri sepulcrum usque in diem tertium; nè fortè veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis. Et erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum: signantes lapidem cum custodibus.

℟. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte: * Si est dolor similis, sicut dolor meus!

℣. Attendite universi populi, &

Digitized by Google

videte dolorem meum. Si est.

Lectio vi.

POsuerunt custodes milites ad sepulcrum. Concussa terra Dominus resurrexit; miracula facta sunt talia circa sepulcrum: ut & ipsi milites, qui custodes advenerant, testes fierent, si vellent vera nunciare. Sed avaritia illa, quæ captivavit discipulum comitem Christi: captivavit & militem custodem sepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam: & dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus, & abstulerunt eum. Verè defecerunt scrutantes scrutationes. Quid est quod dixisti, ò infelix astutia? Tantùmne deseris lucem consilii pietatis, & in profunda versutiæ demèrgeris, ut hoc dicas: Dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli ejus, & abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes? Vere tu ipse abdormisti: qui scrutando talia defecisti.

℟. Caligaverùnt oculi mei à fletu meo, quia elongatus est à me, qui con-

Digitized by Google

consolabatur me : videte omnes populi : * Si est dolor similis, sicut dolor meus.
℣. O vos omnes, qui transitis per viam ! attendite, & videte : Si est dolor. ℟. Caligaverunt oculi.

IN III. NOCTURNO.

Ant. Deus adjuvat me. Psalm. 53.

DEus, in nomine tuo salvum me fac:*& in virtute tua judica me.

Deus, exaudi orationem meam : * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt adversùm me : & fortes quæsierunt animam meam : * & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * & Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : * & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi : * & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : * & super inimicos meos despexit oculus meus.

Digitized by Google

Antiph. Deus adjuvat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.
Antiph. In pace. Psalmus 75.

NOtus in Judæa Deus: * in Israël magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * & habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum: * scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: * & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua, Deus Jacob: * dormitaverunt, qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti judicium: * terra tremuit, & quievit.

Cùm exurgeret in judicium Deus: * ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confite-

bi-

Digitized by Google

bitur tibi: * & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Domino Deo vestro, * omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili & ei, qui aufert spiritum Principum: * terribili apud Reges terræ.

Antiph. In pace factus est locus ejus: & in Sion habitatio ejus.

Antiph. Factus sum. Psalmus 87.

DOmine, Deus salutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: * & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: * factus sum sicut homo sinè adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulcris; quorum non es memor ampliùs: * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: * in tenebrosis, & in umbra mortis.

Digitized by Google

Super me confirmatus est furor tuus: * & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos à me: * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrèdiebar: * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te, Domine, tota die: * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam: * & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: * & justitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te, Domine, clamavi: * & manè oratio mea præveniet te.

Ut quid, Domine, repellis orationem meam: * avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea: * exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.

In

Digitized by Google

In me tranſierunt iræ tuæ: * & terrores tui conturbaverunt me.
Circumdederunt me ſicut aqua tota die: * circumdederunt me ſimul.
Elongaſti à me amicum, & proximum: * & notos meos à miſeria.
Antiph. Factus ſum ſicut homo ſinè adjutorio, inter mortuos liber.
℣. In pace factus eſt locus ejus.
℟. Et in Sion habitatio ejus.

Sermo Sancti Leonis Papæ.

Serm. 9. Lectio vii.

PEracto, dilectiſſimi, Salvàtoris triumpho, & conſummatis diſpenſationibus, quas omnia veteris teſtamenti eloquia nunciarunt, lugeat carnalis Judæus, ſed ſpiritalis gaudeat Chriſtianus; & feſtivitas, quæ illis converſa eſt in noctem, nobis coruſcet in lucem: quoniam Crux Chriſti eadem eſt, & credentium gloria, & non credentium pœna. Quamvis enim perſequentium furor nihil aliud in Dominum majeſtatis operatus ſit, quàm atrocem crudelitatem, & immìte ſupplicium: redemptis tamen,

men, hac Domini Passione, verior, justiorque lætandi est ratio, quam dolendi.

℟. Ece quomodo moritur Justus, & nemo percipit corde: & viri justi tolluntur, & nemo considerat; à facie iniquitatis sublatus est Justus: * Et erit in pace memoria ejus.

℣. In pace factus est locus ejus: & in Sion habitatio ejus. Et erit.

Lectio viii.

FUerit tunc discipulorum excusabilis pavor, nec in diffidentiæ culpam, Apostolicus mœror inciderit; quando concurrentibus ad unum scelus Judæis, Judæorumque Principibus, superbus taurorum pinguium tumor, & proterva vitulorum petulantia sæviebat: quando sub oculis ovium, Pastoris justi sanguinem, frementium bestiarum rabies expetebat; quando denique etiam ipse, qui pati venerat, de nostræ naturæ communione dicebat: Tristis est anima mea usque ad mortem.

℟. Æstimatus sum cum descendentibus

Digitized by Google

bus in lacum : * Factus sum sicut homo sinè adjutorio, inter mortuos liber.

℣. Posuerunt me in lacu inferiori : in tenebrosis, & in umbra mortis. Factus sum.

Lectio ix.

NUnc autem, postquam susceptione infirmitatis, potentia est clarificata virtutis, nulla fidelium mœstitudine, Paschalis est obscuranda solemnitas; nec cum tristitia nobis gestorum ordo recolendus est : cùm ita Dominus usus sit malitia Judæorum, ut intentione facinoris, voluntas sit impleta miserentis. Si autem in exitu Israel de Ægypto, agni sanguis fuit restitutio libertatis, & sacratissima est facta festivitas, quæ post hostiam pecudis, iram averteret vastatoris : quanta populis Christianis concipienda sunt gaudia, pro quibus omnipotens Pater Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Ut in occisione Christi, Pascha esset verum, & singulare sa-

Digitized by Google

crificium; quo non ex dominatione Pharaonis unus populus, ſed ex diaboli captivitate totus mundus eruitur.

Poſt ix. Lectionem, ſine aliquo intervallo dicitur Oratio Jeremiæ Prophetæ, cum titulo, hoc modo.

Oratio Jeremiæ Prophetæ.

RECordare Domine, quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparavimus. Cervicibus noſtris minabamur: laſſis non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis: ut ſaturaremur pane. Patres noſtri peccaverunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portavimus. Servi dominati ſunt noſtri: non fuit, qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panem nobis: à facie gladii in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt; à

fa-

Digitized by Google

facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliaverunt: & virgines in civitatibus Juda. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis: juvenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccavimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem Sion, quia disperiit: vulpes ambulaverunt in eo. Tu autem, Domine, in æternum permanebis: solium tuum in generationem, & generationem. Quare in perpetuum oblivìsceris nostri? derelinques nos in longitudinem dierum? Converte nos, Domine, ad te, & convertemur: innova dies nostros, sicut à principio. Sed projiciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer. Jerusalem, Jerusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

℟. Agnus

Digitized by Google

℟. Agnus Dei Christus immolatus est pro salute mundi; nam de parentis protoplasti fraude Factor condolens, quando pomi noxialis morsu in mortem corruit: ipse lignum tunc notavit: * Damna ligni ut solveret.

℣. Lustris sex qui jam peractis, tempus implens corporis; se volente, natus ad hoc, Passioni deditus, Agnus in cruce levatur immolandus stipite. Damna ligni ut.

℟. Agnus Dei Christus.

IN LAUDIBUS.

Antiph. O mors. Psalmus 50.

MIserere mei Deus: * secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Digitized by Google

Tibi soli peccavi, & malùm coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hysòpo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Nè projicias me à facie tua: * & Spiritum sanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua

Digitized by Google

gua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies.

Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super Altare tuum vitulos.

Antiph. O mors! ero mors tua: morsus tuus ero, inferne.

Antiph. Plangent. Psalmus 42.

JUdica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: * ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: * quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem

Digitized by Google

tuam: * ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: * ad Deum, qui lætificat juventutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: * quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Antiph. Plangent eum quasi unigenitum: quia innocens Dominus occisus est.

Antiph. Attendite. Psalmus 62.

DEus, Deus meus: * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa; sic in sancto apparui tibi: * ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in

no-

Digitized by Google

nomine tuo levabo manus meas.
Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum; in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo; adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam; introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.
Rex verò lætabitur in Deo; laudabuntur omnes, qui jurant in eo: * quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi, Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Digitized by Google

L ætentur, & exultent gentes; quoniam jùdicas populos in æquitate: * & gentes in terra dirigis.

C onfiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum suum.

B enedicat nos Deus, Deus noster; benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Antiph. Attendite universi populi: & videte dolorem meum.

Antiph. A porta inferi.

Cantic. Ezechiæ Regis.

Isaiæ 38.

E Go dixi: in dimidio dierum meorum: * vadam ad portas inferi.

Q uæsivi residuum annorum meorum: * dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

N on aspiciam hominem ultra: * & habitatorem quietis.

G eneratio mea ablata est, & convoluta est à me: * quasi tabernaculum pastorum.

P ræcisa est, velùt à texente, vita mea; dum adhuc ordirer, succidit

me: *

Digitized by Google

me: * de manè usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad manè: * quasi leo, sic contrivit omnia ossa mea.
De manè usque ad vesperam finies me: * sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ùt columba.
Attenuati sunt oculi mei: * suspicientes in excelsum.
Domine, vim patior, responde pro me: * quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: * in amaritudine animæ meæ.
Domine, si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me: * ecce in pace amaritudo mea, amarissima.
Tu autem eruisti animam meam, ut non periret: * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi; neque mors laudabit te: * non exspectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.
Vivens, vivens ipse confitebitur ti-
bi-

Digitized by Google

bi, sicut & ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine, salvum me fac: * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.
Antiph. A porta inferi, erue Domine, animam meam.
Antiph. O vos omnes. Psalmus 148.
LAudate Dominum de cælis: * laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes Angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.
Laudate eum sol, & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.
Laudate eum cæli cælorum: * & aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.
Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: * præceptum posuit, & non præteribit.
Laudate Dominum de terra: * dracones, & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus. Men-
Digitized by Google

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri.
Bestiæ, & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatæ.
Reges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes judices terræ.
Juvenes, & virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.
Confessio ejus super cælum, & terram: * & exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus Sanctis ejus: * filiis Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum novum: * laus ejus in Ecclesia Sanctorum.
Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen ejus in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in salutem.
Exultabunt Sancti in gloria: * lætabuntur in cubilibus suis.

Exal-

Digitized by Google

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.
Ad alligandos Reges eorum in compedibus: * & nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis judicium conscriptum: * gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio, & cythara.
Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & organo.
Laudate eum in cymbalis benesonantibus; laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.
Antiph. O vos omnes, qui transitis per

Digitized by Google

per viam ! attendite, & videte, si eſt dolor, ſicut dolor meus.
Antiph. Mulieres.

Canticum Zachariæ. Luc. 1.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael:* quia viſitavit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis nobis: * in domo David pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os Sanctorum: * qui à ſeculo ſunt Prophetarum ejus.
Salutem ex inimicis noſtris: * & de manu omnium, qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: * & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Juſjurandum, quod juravit ad Abraham patrem noſtrum: * daturum ſe nobis.
Ut ſinè timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: * ſerviamus illi.
In ſanctitate, & juſtitia coram ipſo:* omnibus diebus noſtris.
Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad

Digitized by Google

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri:* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Antiph. Mulieres sedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum.

Finita Antiphona sequitur.

Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Kyrie eleison. Domine, Miserere.

Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

℣. Qui passurus advenisti propter nos.

Christe eleison.

℣. Qui expansis in Cruce manibus, traxisti omnia ad te secula.

Christe eleison.

℣. Qui prophètice prompsisti: ero mors tua, ò mors.

Christe eleison. Domine, miserere.

Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Domine, miserere. Christus Dominus factus est obediens usque ad mortem.

Mortem autem Crucis.

Et Conventus in Choro prostratus super formas, dicat Pater noster: Psalm. Miserere, deinde dic. sinè Dominus vobiscum, & sinè Oremus. Oratio Respice, ùt supra pag. 279. sinè Qui tecum &c. & non dicatur Amen, nec Benedicamus Domino, neque Fidelium: sed solùm post Orationem dicatur Pater noster, & sic Matutinum terminetur.

Hac die, Prima, Tertia, Sexta, & Nona dic. sicut in die Parasceves. Pretiosa, cum Evang. diei.

AD MISSAM.

Dicta Nona, Prior cum Cappa serica albi coloris, & Diaconus, qui benedicturus est Cereum, cum Missali, & Subdiaconus cum libro Evangeliorum, præcedentibus Ceroferariis cum cereis non accensis, ad

Pres-

Presbyterium more solito veniant: ubi facta priùs inclinatione mediocri in medio, Prior stans ante gradus Presbyterii verso vultu ad Altare, Diacono coram ipso tenente Missale, & Sacrista, vel alio, cui ipse injunxerit, ad dexteram ejus tenente patellam cum carbonibus ignitis, absque Dominus vobiscum, & absque Oremus, legendo sinè nota benedicat ignem hoc modo:

DOmine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene ✠ dicere, & sanctificare digneris ignem istum, quem nos indigni per invocationem Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi benedicere præsumimus: Tu clementissime, eum tua benedictione sanctifica, & ad profectum humani generis provenire concede. Per eumdem Dominum.

Finita benedictione, aspergat ignem Aqua benedicta: deinde candela de igne benedicto accendatur, patella verò cum carbonibus accensis in Presbyterio dimittatur, donec Ce-

Digitized by Google

℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Sursum corda.
℟. Habemus ad Dominum.
℣. Gratias agamus Domino Deo nostro. ℟. Dignum, & justum est.

VErè, quia dignum, & justum est, invisibilem Deum Patrem omnipotentem, Filiumque ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, cum sancto Spiritu, toto cordis, ac mentis affectu, & vocis ministerio personare.

Qui pro nobis æterno Patri, Adæ debitum solvit, & veteris piaculi cautionem pio cruore detersit.

Hæc sunt enim festa Paschalia, in quibus verus ille Agnus occiditur, cujus sanguine postes fidelium consecrantur.

Hæc nox est, in qua primùm patres nostros Israel, eductos de Ægypto, mare Rubrum sicco vestigio transire fecisti.

Hæc igitur nox est, quæ peccatorum tenebras, columnæ illuminatione purgavit.

Hæc

Digitized by Google

Hæc nox est, quæ hodie per universum mundum in Christo credentes, à vitiis seculi, & caligine peccatorum segregatos, reddit gratiæ, sociat sanctitati.

Hæc nox est, in qua destructis vinculis mortis, Christus ab inferis victor ascendit.

Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset.

O mira circa nos tuæ pietatis dignatio!

O inæstimabilis dilectio charitatis, ut servum redimeres, Filium tradidisti!

O certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est!

O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem!

O verè beata nox, quæ sola meruit scire tempus, & horam, in qua Christus ab inferis resurrexit!

Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Hujus igitur sanctificatio noctis fugat

Digitized by Google

scelera, culpas lavát, & reddit innocentiam lapsis, & mœstis lætitiam. Fugat odia, concordiam parat, & curvat imperia.

Hìc imprimatur unum granum incensi à Diacono in Cereo: reliqua verò quatuor ab eo, qui tenuit grana incensi, per modum Crucis imprimantur.

In hujus igitur noctis gratia, suscipe Sancte Pater, incensi hujus sacrificium vespertinum: quod tibi in hac Cerei òblatione solemni, per Ministrorum manus de operibus apum sacrosancta reddit Ecclesia.

Sed jam columnæ hujus præconia novimus, quam in honorem Dei rutilans ignis accendit.

Hìc qui grana incensi tenuit, candelam accensam de igne benedicto, de manu Subdiaconi accipiat, & ea Cereum Paschalem accendat.

Qui licet sit divisus in partes, mutuati tamen luminis detrimenta non novit.

Hìc Cerei Acolythorum, eàdem candela accendantur.

Ali-

Digitized by Google

Alitur enim liquantibus ceris, quas in substantiam pretiosæ hujus lampadis, apis mater eduxit.

Hìc similiter accendantur lampades Ecclesiæ eàdem candela.

O verè beata nox, quæ exspoliavit Ægyptios, ditavit Hebræos.

Nox, in qua terrenis cælestia, humanis divina junguntur.

Oramus ergo te, Domine, ut Cereus iste in honorem Nominis tui consecratus, ad noctis hujus caliginem destruendam, indeficiens perseveret.

Et in odorem suavitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur.

Flammas ejus Lucifer matutinus inveniat.

Ille inquam Lucifer, qui nescit occasum. Ille, qui regressus ab inferis, humano generi serenus illuxit:

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos, omnemque Clerum, & devotissimum populum, unà cum beatissimo Papa nostro N. & Antistite nostro N. nec non gloriosissimo Impe-

Digitized by Google

peratore nostro N. vel Rege nostro N. vel Duce nostro N. quiete temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis conservare digneris: Per eumdem Dominum.

Completa benedictione Cerei, immediate legatur Lectio prima, In principio &c. in loco, in quo Epistola ferialibus diebus legi solet: quæ cum tribus aliis sequentibus in superpelliceis, absque titulo, & in Tono lectionis legantur à quatuor Fratribus senioribus ex his, qui sunt in Choro.

Prior verò cum Ministris in Sacristiam revertatur, & depositâ Cappâ sericâ, assumptâque Casulâ, dum prima Lectio legitur, cum Ministris more solito procedens ad Altare, cùm pervenerit ante illud non dicat: In nomine Patris, &c. nec Confiteor, &c. sed inclinans, sessum eat in Presbyterio, & Acolythi depositis candelabris (quorum candelæ per totam Missam debent esse accensæ) venient ad audiendas cum

aliis

Digitized by Google

aliis Miniſtris lectiones, Acolytho ſeniore tenente Miſſale coram Priore, qui eas ſubmiſſa voce leget.

Lectio i. Gen. 1.

IN principio creavit Deus cælum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi; & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona; & diviſit lucem à tenebris. Appellavitque lucem, Diem; & tenebras, Noctem: factumque eſt veſpere, & manè, dies unus. Dixit quoque Deus; Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his, quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocavitque Deus firmamentum, Cælum; & factum eſt veſpere, & manè, dies ſecundus. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt,

Digitized by Google

in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam, Terram; congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundùm speciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum. Et factum est vespere, & manè, dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli, & dividant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: ut luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna; luminare majus, ut præesset diei: &

lumi-

Digitized by Google

luminare minus, ut præeſſet nocti; & ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cæli, ut lucèrent ſuper terram: & præeſent diei, ac nocti, & dividerent lucem, ac tenebras. Et vidit Deus, quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere, & manè, dies quartus. Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis: & volatile ſuper terram ſub firmamento cæli. Creavitque Deus cete grandia, & omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas: & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus, quòd eſſet bonum. Benedixitque eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: aveſque multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere, & manè, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere ſuo: jumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit Deus beſtias ter-

Digitized by Google

terræ juxta species suas: & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus, quòd esset bonum. Et ait: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, universæque terræ, omnique reptili, quòd movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei creavit illum: masculum, & fœminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subjicite eam: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animantibus, quæ moventur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentam semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui: ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & universis, quæ moventur in terra, & in quibus

Digitized by Google

bus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere, & manè, dies sextus. Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat: & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat.

Quinque Orationes sequentes positæ post Lectiones, dicantur sinè Dominus vobiscum, & sinè Flectamus genua; sed præmittatur tantùm Oremus, & has Prior stans ad Altare in cornu Epistolæ, cum Ministris de more ordinatis, dicere debet.

Oremus. Oratio.

DEus, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabiliùs redemisti: da nobis, quæsumus, contra oblectamenta peccati, mentis ratione persistere; ut mereamur ad gaudia æterna pervenire. Per Dominum.

Le-

Digitized by Google

Lectio ii. Exod. 14.

IN diebus illis: Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfècit exercitum eorum: & subvèrtit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii: Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare: ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currús, & equites eorum. Cùmque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primô diluculô ad priorem locum; fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reversæque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris; & aquæ eis

erant

Digitized by Google

erant quasi pro muro à dexteris, & à sinistris: liberavitque Dominus in die illa Israël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus. Tunc cecinit Moyses, & filii Israël carmen hoc, Domino, & dixerunt.

Tract. Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem dejecit in mare.

℣. Adjutor, & protector factus est mihi in salutem.

℣. Hic est Deus meus, & honorabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

℣. Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi.

Versus hujusce Tractus, & duorum sequentium post Lectiones, alternatim à Fratribus cantentur.

Ore-

Digitized by Google

Oremus. Oratio.

DEus, cujus antiqua miracula etiam nostris seculis coruscare sentimus: præsta, quæsumus; ut, sicut priorem populum ab Ægyptiis liberasti, hoc ad salutem gentium per aquas Baptismatis operèris. Per Dominum.

Lectio iii. Isaiæ 4.

APprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria: & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui salvati fuerint de Israel. Et erit: Omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerusalem: sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Jerusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Jerusalem laverit de medio ejus in spiritu judi-

Digitized by Google

judicii, & ſpiritu ardoris. Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & ubi invocatus eſt, nubem per diem, & fumum, & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu: & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluvia.

Tract. Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi.

℣. Et maceriam circumdedit, & circumfodit, & plantavit vineam Sorec, & ædificavit turrim in medio ejus.

℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim Domini Sabaoth, domus Iſraël eſt.

Oremus. Oratio.

DEus, qui nos ad celebrandum Paſchale Sacramentum, utriuſque Teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: ut ex perceptione præſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per Dominum.

Le-

Digitized by Google

Lectio iv.

Isaiæ 54. & 55.

HÆc est hæreditas servorum Domini: & justitia eorum apud me, dicit Dominus. Omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me; audite, & vivet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificavit te. Quærite Dominum, dum

inve-

Digitized by Google

inveniri potest: invocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus: & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cæli à terra: sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc ultra non revertitur; sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud: dicit Dominus omnipotens.

Ore-

Digitized by Google

Oremus. Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam ſemper gentium vocatione multiplicas: concede propitius; ut, quos aqua Baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

Tract. Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te, Deus.

℣. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei?

℣. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies: Ubi eſt Deus tuus?

Oremus. Oratio.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus: ut, qui feſta Paſchalia agimus, cæleſtibus deſideriis accenſi, fontem vitæ ſitiamus; Dominum noſtrum, &c.

Hac Oratione finita, duo Fratres, ſuperpelliceis induti, in medio Chori cantent Litanias, utroque Choro

ſimul

Digitized by Google

simul respondente, & Fratribus stantibus versis vultibus ad Altare (quod semper fiat, quando cantantur Litaniæ). Dum verò cantantur Litaniæ, Prior, & Ministri sedeant in Presbyterio, ubi submissa voce dicent & ipsi Litanias.

LITANIÆ.

Kyrie eleison.
℟. Kyrie eleison.
℣. Christe eleison.
℟. Christe eleison.
℣. Kyrie eleison.
℟. Kyrie eleison.
℣. Christe audi nos.
℟. Christe exaudi nos.
℣. Pater de cælis Deus, miserere nobis. ℟. Pater de cælis.
℣. Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
℟. Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
℣. Spiritus sancte Deus, miserere nobis. ℟. Spi-

Digitized by Google

℟. Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

℣. Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

℟. Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria,

℟. Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate.
Omnes sancti beatorum Spirituum Ordines, orate.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Sancte Joseph, ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.

Sanc-

Digitized by Google

Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes. orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Dionisi cum sociis tuis, ora.
Sancte Mauriti cum sociis tuis, ora.
Sancte Januari cum sociis tuis, ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane, orate.
Sancti Cosma, & Damiane, orate.
Sancte Thoma, ora.

Digitized by Google

Sancte Petre, ora.
Omnes sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Pie, ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Hilari, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Sancte Antonine, ora.
Sancte Pater Dominice, ora.
Sancte Pater Dominice, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Hyacinthe, ora.
Sancte Raymunde, ora.
Sancte Ludovice, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes Sancti Confessores, orate.
Sancta Anna, ora.
Sancta Maria Magdalena, ora.

San-

Digitized by Google

Sancta Martha, ora.
Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Margarita, ora.
Sancta Ursula cum sodalibus tuis, ora pro nobis.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Rosa, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Catharina, ora.
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes Sancti, orate.
Propitius esto
℟. Parce nobis, Domine.
Propitius esto.
℟. Exaudi nos Domine.
A damnatione perpetua,
℟. Libera nos, Domine.
A subitanea, & improviſa morte, Libera nos, Domine.

Digitized by Google

Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis, libera.
Ab infestationibus dœmonum, lib.
Ab omni immunditia mentis, & corporis: libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
Ab immundis cogitationibus, libera.
A cœcitate cordis, libera.
A fulgure, & tempestate, libera.
A Peste, fame, & bello, libera.
A Flagello terræmotus, libera.
Ab omni malo, libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera.
Per Passionem, & Crucem tuam, libera nos, Domine.
Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera nos, Domine.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera nos, Domine.
Per gratiam Sancti Spiritus Paracliti, libera nos, Domine.
In die Judicii, libera.
Peccatores,
℟. Te rogamus audi nos,

Digitized by Google

Ut pacem nobis dones,

℟. Te rogamus, audi nos.

Ut misericordia, & pietas tua nos custodiat, te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & defensare digneris, te rogamus.

Ut Domnum Apostolicum, & omnes gradus Ecclesiæ, in sancta religione conservare digneris, te rogamus.

Ut Episcopos, & Prælatos nostros, & cunctas congregationes illis commissas, in tuo sancto servitio conservare digneris, te rogamus.

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.

Ut Regibus, & Principibus nostris pacem, & veram concordiam, atque victoriam donare digneris, te rog.

Ut cunctum populum Christianum pretioso Sanguine tuo redemptum conservare digneris, te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.

Ut animas nostras, & parentum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus.

Digitized by Google

Ut fructus terræ dare, & conservare digneris, te rogamus.
Ut oculos misericordiæ tuæ super nos reducere digneris, te rog.
Ut obsequium servitutis nostræ rationabile facias, te rogamus.
Ut mentes nostras ad cælestia desideria erigas, te rogamus.
Ut miserias pauperum, & captivorum intueri, & relevare digneris, te rogamus.
Ut loca nostra, & omnes habitantes in eis visitare, & consolari digneris, te rogamus.
Ut civitatem istam, & omnem populum ejus protegere, & conservare digneris, te rogamus.
Ut omnes fideles navigantes, & itinerantes, ad portum salutis perducere digneris, te rogamus.
Ut regularibus disciplinis nos instruere digneris, te rogamus.
Ut omnibus fidelibus Defunctis requiem æternam dones, te rog.
Ut nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rogamus.

Agnus

Digitized by Google

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
℟. Parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
℟. Exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
℟. Miſerere nobis.

Finitis Litaniis, Prior cum Miniſtris ad Altare accedens, dicat In nomine Patris, &c. Confiteor, &c. more ſolito: quo dicto, & dicta etiam Oratione ſolita antè Altare, eoque oſculato dicat Kyrie eleiſon &c. quibus à Choro finitis, intonet Prior, Gloria in excelſis in Tono feſti Duplicis (& tunc pulſantur campanæ, ſi priùs ab Eccleſia matrice fuerint pulſatæ, aliàs pulſus differtur) quo finito, dicat Dominus vobiſcum.

Oremus. Oratio.

Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem, gloriâ Dominicæ Reſurrectionis illuſtras: conſerva in nova familiæ tuæ progenie adoptionis ſpiritum, quem dediſti; ut corpore, & mente renovati, puram tibi

Digitized by Google

exhibeant servitutem. Per eumdem Dominum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Colossenses. C. 3.

FRatres: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis: & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Alleluja. ℣. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia ejus.

Non repetatur Alleluja.

Tractus. Laudate Dominum omnes Gentes: & collaudate eum omnes Populi.

℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum.

Ad Evangelium cerei non deferantur, sed tantum thus: petitur tamen benedictio, & cætera fiant de more.

Se-

Digitized by Google

Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum . C. 28.

VEſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati : venit Maria Magdalene , & altera Maria videre ſepulcrum . Et ecce terræ motus factus eſt magnus . Angelus enim Domini deſcendit de cælo : & accedens revolvit lapidem , & ſedebat ſuper eum . Erat autem aſpectus ejus , ſicut fulgur : & veſtimentum ejus , ſicut nix . Præ timore autem ejus , exterriti ſunt cuſtodes , & facti ſunt velut mortui . Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus : Nolite timere vos ; ſcio enim, quòd Jeſum , qui crucifixus eſt, quæritis . Non eſt hic : ſurrexit enim, ſicut dixit . Venite , & videte locum, ubi poſitus erat Dominus . Et citò euntes, dicite diſcipulis ejus , quia ſurrexit . Et ecce præcedet vos in Galilæam , ibi eum videbitis . Ecce prædixi vobis .

Non dicatur Credo , nec Offertorium , ſed tantùm Dominus vobiſcum .

Digitized by Google

cum. Oremus. Dicto Oremus, statim Diaconus offerat Calicem Sacerdoti: Qui facta oblatione, & thurificato Altari, ac ablutis digitis more solito, vertens se ad Conventum, seu populum dicat: Orate Fratres, &c. & postea Secretam, quæ hìc sequitur.

Secreta.

SUscipe, quæsumus, Domine, preces populi tui, cum oblationibus hostiarum: ut Paschalibus initiata mysteriis; ad æternitatis nobis medelam, te operante, proficiant. Per Dominum.

Præfatio.

VErè dignum, & justum est; æquum, & salutare; Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimùm nocte gloriosiùs prædicare &c.

Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Postea dicatur Communicantes, & noctem &c. & Hanc igitur oblationem. Deinde dicente Sacerdote: Pax Domini sit semper vobiscum. Respondeatur. Et cum spiritu tuo.

Sed

Digitized by Google

ed Agnus Dei non dicatur, nec
ax detur, sed incipiatur.

AD VESPERAS.

ntiph. Alleluja, alleluja, alleluja.
uæ tota dicatur antè Psalmum.

Psalmus 116.

LAudate Dominum omnes Gentes: * laudate eum omnes Populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: * & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri; & Filio &c.

Repetita post Psalm. Antiphona, Alleluja, &c. Sacerdos ad Altare, Cantore ei deferente, incipiat;

Ad Magnificat, Antiphonam.

Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulcrum. Alleluja.

Quæ dicitur tota antè Canticum Magnificat.

Deinde ea repetìta, & finita post Magnif. Sacerdos conversus ad populum, seu Conventum, dicat Dominus

nus

Digitized by Google

nus vobiscum, & reverſus ad librum proſequatur:

Oremus. Poſtcommunio.

SPiritum nobis, Domine, tuæ charitatis infunde: ut, quos Sacramentis Paſchalibus ſatiaſti; tua facias pietate concordes. Per. In unitate ejuſdem.

Poſtea convertat ſe iterum Sacerdos ad populum, & dicat: Dominus vobiſcum. Et Diaconus ſubjungat: Ite Miſſa eſt, allel. allel. Deinde dicta Oratione, Placeat tibi &c. det benedictionem, & dicat Evangelium. In principio. Et ſic Miſſa ſimul, & Veſp. finiantur.

Qui extra Miſſam recitat Veſperas in principio dicat: Pater noſter, poſtea ſtatim Antiph. Alleluja. Poſt orationem dicat:

℣. Dominus vobiſcum.

℣. Benedicamus Domino Allel. allel.

℟. Deo gratias. Alleluja alleluja.

Non dicat Fidelium, neque Pater noſter, neque Salve Regina.

Completorium incipit fieri more ſo-

lito per, Jube domne benedicere, 10 dicto ſubjungitur Benedictio: octem quietam &c.

Lectio. 1. Pet. 5.

FRatres: Sobrii eſtote, & vigilate; quia adverſarius veſter, iabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret: cui eſiſtite fortes in fide. Tu autem Domine &c.

℣. Adjutorium noſtrum &c.

Deinde dicto Pater noſter, & Confiteor, cum Miſereatur &c. dicatur.

℣. Converte nos, Deus &c.

℣. Deus in adjutorium &c.

Poſtea incipiatur ante Pſalmos Ant. Alleluja.

Pſalmi. Cùm invocarem.

In te, Domine, ſperavi.

Ecce nunc benedicite.

Dicantur ſinguli cum Gloria Patri, &c.

Quibus cantatis, immediatè ſequitur Canticum, Nunc dimittis, cum Gloria Patri: & poſtea ſequitur.

An-

Digitized by Google

Antiph. Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja.

Deinde Dominus vobiscum, &c.

Oratio. Spiritum nobis, Domine. pag. 396.

Deinde Dominus vobiscum, & Benedicamus Domino &c.

Postea sequitur Benedictio.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti descendat &c. ℟. Amen.

Deinde Antiphona de B. Virgine. Salve Regina, &c. addito in fine Alleluja.

℣. Dignare me &c.

℟. Da mihi virtutem &c. cum Alleluja in fine ℣. & ℟.

Oratio. Concede nos famulos tuos &c.

Deinde dicatur Antiph. cum ℣. & Oratione de B. P. N. Dominico, vel alio Sancto, juxta Provinciarum, & Conventuum consuetudinem.

DE

Digitized by Google

DE CEREI ACCENSIONE.

CEreus, qui dicitur Paschalis, hac die, postquam fuerit accensus, ardeat usque post Completorium, & in die Paschæ sequenti accendatur ad singulas septem Horas canonicas, & ad Missam: per totam verò octavam, ad Missam, & ad Vesperas tantùm accendatur; & deinceps in suo loco usque ad Ascensionem remaneat, accendaturque ad Missam tantùm omnibus Dominicis diebus, & in festis simplicibus, & supra: item in festis votivis, quæ sunt ex nostri Ordinis statuto, ut cum feria tertia celebratur de Beato Dominico, &c.

In Ascensione verò Domini ad primas Vesperas, ad Completorium, ad Matutinum, ad Primam, Tertiam, & ad Missam, & Sextam ardeat, & Sexta finita removeatur.

LAUS DEO.

Digitized by Google

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiss. Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Fr. Xav. Passeri Arch. Lariss. Vicesg.

REIMPRIMATUR,

Fr. Thomas Vincentius Pani Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

12075

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APR 28 1955

Digitized by Google

Digitized by Google